Digitized by Google

2 . 3 . 20

Digitized by Google

I
54

A

Digitized by Google

Digitized by Google

2330 vol V
BI

HISTORIA ZARINGO BADENSIS

AUCTOR

IO. DANIEL SCHOEPFLINUS

HISTORIOGRAPHUS FRANCIAE

TOMUS QUINTUS




CAROLSRUHAE

EX OFFICINA AULICA MACKLOTIANA

MDCCLXV.

Digitized by Google



CODEX DIPLOMATICUS HISTORIÆ ZARINGO-BADENSIS.

N. I.

DAGOBERTI REGIS DIPLOMA DE THERMIS BADENSIBUS, QUAS ABBATIÆ WEISSENBURGENSI DONAT.

ANNO DCLXXVI.

Ex Chartulario veteri Eccleſiæ Weiſſenburg.

Dagobertus Rex Francorum Viris Illuſtribus, Ducibus, Comitibus, Domeſticis, & omnibus gentibus, tam præſentibus quam futuris. Illud ad ſtabilitatem regni vel remedium anime noſtre perdurare credimus, ſi peti-

Digitized by Google

tionibus ſacerdotum, in quo auribus noſtris patefecerint, ad effectum perducimus. Ideo cognoſcat magnitudo ſeu utilitas veſtra, quia nos ad ſuggeſtionem viri venerabilis Ratfridi, Abbatis de Monaſterio Wizinburgo, *Balneas* illas trans Rhenum in pago *Auciacenſe* ſitas, (quas Antonius & Adrianus quondam Imperatores ſuo opere edificaverunt) ad Monaſterium, quod dicitur Wiſſenburg, & eſt conſtructum in honore S. Petri in pago Spirenſe, viſi fuimus conceſſiſſe, cum omnibus, & cum ipſa marcha ad ipſas *Balneas* pertinente, que veniet de ambabus lateribus usque in fluvium Murga, & de uno fronte ad partem Occidentalem Raſta una, & de alio fronte ad partem Orientalem leuuuas ſex, quot homines loci iſtius ſiti dicunt raſtas tres. Propterea hoc preceptum ceſſionis fieri juſſimus, ut ab hac die memoratus Ratfridus Abbas, vel Patres ipſius Monaſterii Wiſſenburgenſis, ſuique ſucceſſores vel Monachi ibidem commanentes, de ſupra ſcriptis *Balneis*, que dicuntur aquas calidas, vel Marcha ad ipſas *Balneas* pertinente, faciant, quod ipſi maluerint, hoc eſt, habendi, tenendi, ſuisque ſucceſſoribus relinquendi firmiſſimam in omnibus habeant poteſtatem. Et ut hec preſens autoritas firmior ſit; manu noſtra, vel annulo noſtro ſubter eam decrevimus roborari. In Criſti nomine Dagobertus Rex. Data ſub die Kal. Auguſti, anno ſecundo regni noſtri.

Nota. Coccius *in Dagoberto* pag. 175. Chartam hinc inde mutatam exhibet, atque ex eo Bouquetus *in Scriptoribus Rer. Franc.* Tom. IV. p. 654. Coccii tempore ignotus fuit Dagobertus II. unde eam Dagoberto primo male adſcripſit. Obſervationes ad Præceptum hoc Alſatia Diplomatica dabit.

II.

EXCERPTA EX CHARTA CHRODARTI COMITIS DE BONIS IN PAGO BRISAGAVIENSI A SE VENDITIS.

ANNO DCCLXIV.

Ex Tabular. San Dionyſ.

- - - Fratri Folrado Abbate emptore Ego Chrodardus Comis vindetur. Quæ contra actus ſola - - - porcione & rei ipſius tradicione confiſtat ac tabularum aliorumque documentorum ad hoc tantum interponatur inſtructio, ut fidei rei factae & juris ratio comprobatur. - - Idcirco videtur, vindediſſe me tibi conſtat, & ite vindedi in ducato Alamannorum in *pago Briſagavienſis*, quem dato precio comparavi, aut colibet modo adtraxi & promtiſſima voluntate vobis firmamus, hoc eſt in fine vel in marcas *Binubhaime* ſibi *Romaninchora*, (*a*) & in alia loca in *Tontarinchova*, (*b*) in *Gotones-vilare* (*c*) in *Vualthpach*, (*d*) in *Haottingas*, (*e*) & *Agimotingas*, (*f*) in *Binushaim*, (*g*) in *Eppalinchova* (*h*) &c. Actum in villa quæ dicitur Mareleja (*i*) puplici. Dato 16. Kal. Aug. anno XIII. regni Domini glorioſiſſimo Pippino regis - - - - - - - - -

(*a*) Rümigen. (*b*) Thumringen. (*c*) Kutz, olim ein Weiler, hodie der Kutzer Bann cum mola, fendum eſt, quod Nobiles de Baden a Sereniſſima Domo Badenſi acceptum poſſident.

(*d*) Wollbach. (*e*) Hauingen. (*f*) Aimeldingen. (*g*) Binzen. (*h*) Oetlingen. (*i*) Marcell.

Nota. Chartam hanc dedit Mabillon *de Re Diplom.* Lib. VI. num. 45. Felibiev *Hiſt. de S. Denys. Preuves* p. 29. De Folrado vide Alsat. Illustr. Tom. I. p. 722.

Digitized by Google

III.

EXCERPTA EX LUDOVICI, GERMANIAE REGIS, DIPLOMATE, QUO DONATIO DAGOBERTINA, MONASTERIO WEISSENBURG. FACTA, RENOVATUR.

ANNO DCCCLXXIII.

Ex Schannati Vindem. Liter. Colleƈt. I. p. 6.

In Nomine ſanƈtæ & individuæ Trinitatis Ludovicus Divina favente gratia Rex &c. Venerabilis Abbas, Fidelis noſter Grimoldus veniens in Præſentiam noſtram protulit nobis quandam Traditionem faƈtam ab Anteceſſore noſtro Dagoberto, pro calidis aquis, quæ dicuntur *Balnei* in pago, nuncupato *Usgavve*, quos prædiƈtus Anteceſſor cum omnibus appenditiis ad ipſum locum jure & legitimè pertinentibus ad Monaſterium Weiſſenburg, quod eſt conſtruƈtum in honorem ſanƈti Petri contradidit præſidente Rodfrodo ejusdem loci Abbate quæ poſtea in Beneficium quorundam Vaſallorum noſtrorum verſa eſt, & per multa annorum curricula ita in beneficiis ſtetit, rogavit itaque præfatus fidelis noſter ut ob memoriam Anteceſſorum noſtrorum ac mercedis noſtræ augmentum præfatam Traditionem redintegraremus, ac per præceptum noſtrum ad præfatum locum confirmaremus quod cum omni benignitate officium pro DEI amore ac paſtoris Eccleſiæ videlicet ſanƈti Petri Principis Apoſtolorum fieri decrevimus &c. Data XV. Kal. Junii Anno Regni Domini Hludouuici Regis XXIII. Aƈtum Franconofurt Palatio Regio feliciter Amen.

Digitized by Google

IV.

OTTONIS III. IMP. DIPLOMA DONATIONIS ET BIRCHTILONIS COMITIS CHARTA FUNDATIONIS MONASTERII S. CYRIACI IN SULZBERG.

ANNO DCCCCXCIII.

Ex Tabulario Bada-Durlacenſi.

In nomine Ste & indiuidue Trinitatis, OTTO diuina fauente clementia Rex, Omnibus fidelibus noſtris preſentibus ſcilicet atque futuris, Notum eſſe uolumus, qualiter nos ob peticionem fidelis noſtri Birchtilonis comitis ad eccleſiam ſancti Cyriaci martyris in villa *Sulziberg* uocata in honorem illius conſtructam & conſecratam de noſtra proprietate dedimus quicquid habuimus in villa *Sulziberth* dicta ad noſtrum ius pertinens in pago *Briſchouve* nuncupato & in comitatu ſuperius iam ſcripti birchtilonis comitis ſitum, atque eandem proprietatem cum omnibus utenſilibus illuc rite pertinentibus, in mancipiis utriusque ſexus, areis, ædificiis, terris cultis & incultis, agris, pratis, campis, paſcuis, uineis, ſiluis, uenationibus, aquis aquarumue decurſibus, piſcationibus, molendinis, viis & inuiis exitibus & Reditibus queſitis & inquirendis cunctisque aliis appendiciis quæ adhuc dici poſſunt, à noſtro iure in eccleſie ius perpetualitur habendam ibi transfudimus. Et ut hec noſtre auctoritatis donatio preſenti ac futuro tempore firma permaneat, hanc

Digitized by Google

perceptionem inde conſcriptam ſigilli noſtri inpreſſione inſigniri iuſſimus, manuque propria ut infra uidetur corroboravimus. Notum ſit preſentibus ſcilicet ac futuris, qualiter ego BIRCHTILO pro Remedio anime mee monaſterium in honore Sci Cyriaci martyris in loco qui dicitur *ſulzibere* conſtruxi, Ubi requieſcere usque in diem iudicii cupio, ac predium quod hereditario iure viſus ſum habere in *Wilre*, in *Rinka*, in *Rimiſingen*, in *Kutthin*, in *Verſtat*, in *Bucgingen* ad preſatum locum tradidi perpetualiter in victualia congregationis poſſidendum. Eo ſcilicet tenore, ut ſi qua iniuſta poteſtas aliquid de preſato Monaſterio diripere, ſeu aliquid inde preſtare conatur, Coheredes quod remaneat in ſuam redigant poteſtatem

Signum Domini Ottonis (locus monogrammatis) glorioſiſſimi Regis Hildebaldus Epiſcopus & Cancellarius vice Willigiſi Archiepiſcopi Recognovi: Data x Kal. Julii Anno Dominice Incarnationis d. cccc.xciii. Indict. vi. Anno autem tercii Ottonis regnantis decimo, Actum Altſtedi feliciter amen.

Nota. Inſtrumentum hoc in duas partes ſciſſum ſine notis chronologicis edidit HERRGOTT. *Genealog. Habsburg. Cod. Dipl.* num. 154. ſq.

Digitized by Google

V.

OTTONIS III. IMP. PRIVILEGIUM MONASTERIO WALDKIRCH DATUM.

ANNO DCCCCXCIV.

Ex autographo Waldkirchenſi. (a)

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. OTTO Divina favente clementia Rex. Si eccleſias Dei noſtra regalis perſona, poteſtate à Rege Regum nobis mortalibus conceſſa, ſublimare conamur, hoc procul dubio & ad præſentis noſtri regni ſtatum, & ad æternæ beatitudinis præmium nobis profuturum fore credimus. Quapropter omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium, quam & futurorum noverit ſolers induſtria, quomodo nos cuidam monaſterio *Waldkiricha* vocitato, in pago *Briſiggouue* dicto, & in *comitatu BIRTHILONIS Comitis* ſito, ac in honorem Sanctiſſimæ Dei genetricis Mariæ, Sanctæque Margarethæ Virginis conſtructo ac dedicato, quod per traditionem Burchardi ſtrenuiſſimi Ducis Alemannorum una cum conſenſu & comprobatione conteſtalis ſuæ Hadewige hereditario jure in noſtrum decidit jus, talem donamus atque largimur libertatem, qualem Augia, Corbeja, aliaque monaſteria habent noſtri regni, in quibus monachi vel monachæ ſub regula S. Benedicti digna Deo præbent ſervitia. Volumus enim, ut præfatum monaſterium rerum ſuarum liberam in omnibus diſponendi regu-

(a) Herrgott. *Geneal. Habsb.* Tom. II. n. 149. vitioſe paſſim.

Digitized by Google

lariter habeat poteſtatem, ut quæcunque eidem monaſterio in auro, vel argento, in agris, & famulis, ſeu quibuslibet rebus, fuerint oblata, ſive in præſenti die collata eſſe conſtant, vel data, in diſpoſitione maneant Abbatiſſæ, quæ eidem loco prælata eſt, vel in futuro prælanda erit; ut quicquid ſecundum Dei timorem regulariter diſpoſuerint, ad eccleſiæ illius utilitatem, liberam in omnibus cum conſenſu ſororum ſuorum ſpiritualium, inibi Deo ſervientium, faciendi habeant poteſtatem; monachæ vero, quæ ibi ſub regula S. Benedicti die noctuque incumbunt ſervitio Divino, dum more mortalium Abbatiſſa earum hujus vitæ . . conſummaverit, habeant poteſtatem inter ſe eligendi Abbatiſſam, & eam videlicet perſonam, quæ præpoſitum converſionis & moribus & habitu profiteatur. Inſuper volumus, & omnino perdonamus, ut nullus Dux, Comes, Vice-Comes, aut aliqua judiciaria perſona, poteſtatem habeat in præfato monaſterio, vel in locis ad illud monaſterium pertinentibus pernoctandi, vel placitum tenendi, aut paratam exigendi, ſeu aliquod ſervile onus eis earumque familiis imponendi, niſi forte neceſſitatis cauſa, aut dilectionis gratia vocati ab Abbatiſſa adveniant, vel importunitate ſui ſuorumve ſacro loco aliqua inferatur moleſtia. Advocatus enim nullus ibi conſtituatur, niſi quem ipſius monaſterii Abbatiſſa cum conſilio totius congregationis ſibi aptum & utilem elegerit. Et ſi inſcie & non ſatis caute ſibi advocatum non bonum acquiſierint, re cognita, eo abjecto, poteſtatem habeat in alterum illis utiliorem transire. Et ut hæc noſtra Regiæ auctoritatis conceſſio nunc & in futuro firma & inconvulſa permaneat, hoc noſtræ donationis privilegium cum conſilio principum noſtrorum auctoritative inde conſcriptum

ſigilli

ſigilli noſtri impreſſione ſignare juſſimus, manuque propria, ut infra videtur, corroboravimus.

Signum Domini Ottonis (locus monogrammatis) glorioſiſſ. Regis.

Hilibaldus Epiſcopus & Cancellarius jure Wiligiſi Archiepiſcopi recognovi. Datum xi. Kal. Jan. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXCIIII. Indictione VII. Anno Tertio Ottonis regnantis xii. actum *Sasbach (a)* feliciter. Amen.

VI.

OTTO III. IMP. MONASTERIO WALDKIRCH DONAT MANSOS V. IN SCAFHUSON, VILLA BRISGOVIÆ.

ANNO DCCCCXCV.

Ex Autographo Collegiatæ Waldkirch.

In Nomine Sanctæ & Indiuiduae Trinitatis OTTO diuina fauente Clementia Rex. Omnibus fidelibus noſtris præſentibus ſcilicet atque futuris notum eſſe uolumus quemadmodum Nos ob petitionem & interuentum dilectæ Sororis noſtræ Sophiæ Sanctæ monialis dedimus quinque

(a) Sasbach vicus ad Rhenum in Brisgovia, infra Briſacum.

Digitized by Google

manſos cum area una in dominicatu in uilla *Scafhuſon* dicta. in pago *Briſiggouue* dicto. & in *comitatu BIRTHILONIS Comitis* ſitos. ad monaſterium *uualdkircha* dictum, in honorem Sanctiſſimæ dei genitricis Mariæ nec non & Sanctæ margaretæ uirg. Conſtructum ſcilicet in uſum puellarum ſub regula Sci Benedicti inibi domino ſeruientium. Inſuper eis dedimus etiam Lucum unum quem uulgares *hard* nominant inter uillam *uuila* & *Scafhuſon* ſitum. qua maximam jnde habuerunt penuriam. atq. iam dictos eosdem manſos & Lucum prænominatum cum omnibus utenſilibus ſuis. hoc eſt areis. aedificiis. mancipiis utriusq. Sexus. terris. cultis & incultis. agris. pratis. campis. paſcuis. ſiluis. uineis. uinetis. aquis aquarumue decurſibus. piſcationibus. molendinis. queſitis & inquirendis. cunctisq. aliis appendiciis quae adhuc dici aut nominari poſſunt eidem iam dicto monaſterio uualdkircha in proprium tradidimus. atq. ex integro de noſtro iure in prædictarum monacharum tranſſudimus jus. Et ut hæc noſtra regia traditio dehinc firma conſiſtat. hoc praeceptum inde conſcriptum. Sigilli noſtri impreſſione ſignare juſſimus. manuq. propria ut infra uidetur corroborauimus.

Signum Domini Ottonis (locus monogrammatis) glorioſiſſimi regis;

Hildibaldus eps. & Cancellarius uice uuiligiſi archiepiſcopi recognoui:
data IIII Kl. ian. anno dom. incarnat. dccccxcv. jndict. VIII.
Anno autem tertii ottonis regnantis xij. Actum *ereſtettun*. fel. Amen.

VII.

OTTONIS III. IMP. DIPLOMA, PER QUOD LOCO VILLINGEN JUS PUBLICI MERCATUS, MONETÆ AC TELONII CONCEDIT.

ANNO DCCCCXCIX.

Ex Archivo Fürſtenberg.

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. OTTO ſuperna functus Clementia Romanorum Imperator Auguſtus indignus. Si fidelium noſtrorum petitionibus aſſenſum præbuerimus, nobis inde illos fideliores eſſe credimus procul dubio, quâ de causâ univerſæ ætati ſcilicet præſentis ſæculi & futuri ævi notum eſſe volumus, quoniam nos Duce Egregio Hermanno rogante (*a*) *B. Comiti* noſtro donavimus, largiti ſumus & conceſſimus Jus fas & poteſtatem, in quodam ſuo loco Villingen dicto publicum faciendi & conſtruendi mercatum, cum moneta, Teloneo, ac totius publicæ rei banno. In *Comitatu* quóque *Hara*, quem Hildebald Comes tenere & potenter videtur placitare, atque idem noſtræ Conceſſionis auctoritativæ mercatum fore legitimum cum omni publica functione, Imperiali decrevimus præceptione omnium hominum poſtpoſita Contradictione, tali videlicet Juris Diſpoſitione, ut cuncti,

(*a*) Intelligitur Hermannus II. Sueviæ & Alſatiæ Dux, de quo *Alſatia Illuſtr.* Tom. II. pag. 543.

Digitized by Google

qui illum jam dictum mercatum viſitare Cupiant, ſecuré & cum totius tranquillitatis pace eant, redeant, & ſine iniuſto quolibet Damno negotium ſuum excolant, ſcilicet Comparando, emendo, vendendo & quidquid huius artis nominari poteſt faciendo. Et ſi hoc quod patet prædicti mercati firmamentum quisquam mortalium violare, Irritare, ſeu Infringere præſumpſerit, ſe ſciat Compoſiturum talem noſtræ reipublicæ bannum, qualem ille Componeret debitor, qui illum mercatum *Conſtantiæ* aut illum *Thuregi* aliqua temeritate frangeret ſive Contaminaret. perſolvat quoque hunc ipſum bannum Imperialem prædicto *B. Comiti*, aut cui dare voluerit, habeatque idem modo dictus Comes licentiam tenendi, Commutandi, Donandi, & quidquid ſibi placuerit de prænominato mercato diſponendi.

Et ut iſta Conceſſio noſtræ auctoritatis permaneat indiſſolubilis & perſeverans hanc paginam, ut videtur ſubtus manu propria Corroboravimus. Sigillo noſtro plumbeo ſigillare præcepimus. Datum 4to Kalend. aprilis anno Dominicæ Incarnationis D° C° C° C° C° XC° VIIII Indict. 12. anno tertij Ottonis regnantis 12. (*b*) Impery 3. actum *Romæ*.

Signum Domini Ottonis (locus monogrammatis) Imperatoris Invictiſſimi.

(*b*) Latet hic vitium. Annus Regni XV. conſpirat cum anno Imperii III.

VIII.

DIPLOMA HENRICI II. IMP. QUO ECCLESIÆ BASIL. BANNUM FERARUM IN BRISGOVIÆ TRACTU CONCEDIT.

ANNO MVIII.

Ex authentico Tabularii Epiſc. Baſil.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia Rex. Si Eccleſias Dei alicujus doni incremento meliorare ſtuduerimus, nobis id profuturum eſſe minime dubitamus. Quapropter omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcil. & futurorum, noverit univerſitas, qualiter nos interventu atque petitione Adalberonis Baſil. Epiſcopi, ſibi ſuæque Eccleſiæ in honore S. Mariæ conſtructæ ac ædificatæ, bannum noſtrum beſtiarum ſuper illas ſylvas his terminis ac finibus ſuccinctas, a villa *Togingun* (*a*) uſque ad villam *Ofhuſen* & ad *Adelenhuſun* (*b*) & inde *Worin*; (*c*) inde vero uſque ad *Harderen*, & inde ad *Zaringen*, & inde ad *Werſtetten*, (*d*) & de illo loco ad *Thier-*

(*a*) Hod. Thiengen.

(*b*) Olim villa, nunc in urbe Friburg. Parthenium Ord. S. Dominici.

(*c*) Wieri viculus ad Friburgum.

(*d*) Hod. Vörſtetten.

Digitized by Google

mondingen, (*e*) inde vero ad *Ruthtin* (*f*) ac poſtea ad *Bezſcingen*, & inde per aſcenſum *Treiſaniæ* fluminis uſque ad locum, ubi *Bamelaha* fluvius intrat in *Treiſania*, & inde per aſcenſum *Bamelahæ* uſque ad præſcriptam villam *Togingnun*, ſecundum collaudationem provincialium inibi prædia habentium per hanc noſtram regalem paginam concedimus atque largimur, ac de jure noſtro in ejus jus & dominium transferimus, ea videlicet ratione, ut prædictus Adalberonus Epiſcopus ſuique ſucceſſores de prænominato banno & ejus utilitatibus dehinc liberam habeant poteſtatem quicquid eis placuerit faciendi, omnium hominum contradictione remota. Et ut hæc noſtræ donationis authoritas ſtabilis & inconcuſſa omni permaneat tempore, hoc præceptum inde conſcriptum manu propria roborantes ſigillo noſtro inſigniri juſſimus. Actum *Treveris* Anno Dominicæ incarnationis Mo VIIIo.

(*e*) Vicus deſtructus prope Vörſtetten, ex quo adhuc curia ſupereſt.

(*f*) Reuthy.

Digitized by Google

IX.

PIRRTELONIS CHARTA TRADITIONIS MONASTERIO IN SULZBERG FACTÆ.

ANNO MVIII.

Ex autographo Tabularii Epiſc. Baſil.

In nomine Sancte & individue Trinitatis. Notum fieri volumus in Deo omnibus fidelibus poſt futuris, qualiter ego Pirrtelo nomine, omnem hereditariam partem, quue me contingebat, tradidi *cum manu fratris mei Gebehardi* ad caſam Dei, quæ eſt conſtructa in loco, qui dicitur *mons Salſuginis* in honore Sancti Ciriaci Martiris in pago *Priſcheuue* in *comitatu ADALBERONI Comitis* ad utilitatem Sanctimonialium, ibidem Deo ſeruientium ſub regula Sancti Benedicti Abbatis perpetualiter poſſidendum. Et ut uerius credatur hæc traditionis carta, eorundem prediorum nomina ſubnotare curauimus, id eſt *Rincha*, *Pucchinga*, *Wilare*, *Rimiſinga*, *Ruti*, *Ferſtete*, *Holcishuſa*, cum omnibus appenditiis eorum. In præſentia uero multorum teſtium tradidi præfatum locum cum ſubnotatis prediis illuc pertinentibus ad æccleſiam Dei, quæ eſt conſtructa Baſileæ in honore ſanctæ Dei Genitricis Mariæ firmiter poſſidendum. ea ſcilicet ratione, ut regularis vita perenniter ſtabiliretur. Ut autem eadem uita firmius poſſit cuſtodiri, Epiſcopus Baſilienſis æccleſiæ Adalbero nomine cum conſultu Regis Heinrici, cæterorumque ſuorum Coepiſcoporum nec non & ſuorum Canonicorum, ſcilicet vicedomni ſui *Otine*, atque ſuorum militum videlicet

Ludeuici & Managoldi, & Landperti predium, cui nomen eſt *Piſcoſigin (a)* & *Seuelden* cum omnibus uſualibus ſuo Epiſcopio ſegregauit ac tradidit ad altare prædicti monaſterii ad utilitatem ſupra memoratæ congregationis cum manu ſui advocati ſine omnium mortalium contradictione firmiter poſſidendum. Inſuper etiam conceſſit illiusmodi liberum arbitrium præfatæ congregationi, ut ſi Abbatiſſa earum uitæ præſentis tempus permutaret, ipſius tam conſilio atque auxilio quamcunque velint poteſtatem inter ſe ad procurandas animas eligendi habeant. Hæc autem traditio facta eſt ſub teſtimonio teſtium, quorum nomina ſunt hæc. Adalbero Com. Peretholt. Com. Ruodolf. Com. Managolt, Lantprecht, Reccho, Arnolt, Detterich, Bernhalt, Ebbo, Uuolſine, Managolt, Folemar, Lanho, Kerolt, Heretholt.

Signum Domini Adalberonis Epiſcopi. (locus ſigilli) Leo Archi Capillanus Juſſu Epiſcopi reſcripſi.

Scripta v. Kal. April. indictione VIII. Anno V. Dom. jncarnat. Mill VIII. anno V. Dom. Henrici Secundi regnant. VIII. Actum *Baſilea* feliciter. Amen.

X.

(a) Hodie Biſchoffingen.

Nota. HERGOTTUS *Cod. Dipl.* num. 163. edidit, ſed in chronologia aliisque locis erroneum.

X.

RUDOLFI BURGUNDIÆ REGIS DONATIO VICI EVONANT LAUSANENSI ECCLESIÆ FACTA.

ANNO MIX.

Ex Chartulario Lauſan. fol. 53.

In nomine Sancte & individue Trinitatis. RUODULPHUS divina favente clementia Rex — Quaproter noverit Sancta Mater Eccleſia Catolica cum filiis ſuis, uſuis & junctis, qualiter ob anime noſtre remedium humileſque petitiones Agaltrudis Regine Conjugis noſtre dilectiſſime, nec non & petitiones Borkardi Archi Epiſcopi fratris noſtri cari, devotasque petitiones Epiſcoporum Hugonis & Anſelmi Comitum, *Comitumque Ruodolſi & Bertulſi*, Interventumque Henrici Epiſcopi nobis per omnia fideliſſimi, reddidimus Sancte Dei Genetrici Marie ad Epiſcopatum Lauſanenſem, cui ipſa preeſſe videtur medietatem *Evonant* ville —— Signum Domini Ruodolfi Regis Piiſſimi. Radulphus Cancellarius recognovi, data XV. Kalend. febr. Luna XXX. anno ab incarnatione Domini MVIIII. Regnante Domino Ruodolſo Rege Anno XVII.

Digitized by Google

XI.

DIPLOMA HENRICI III. IMP. QUO SPIRENSI ECCLESIÆ PRÆDIUM IN VILLA BADEN, IN PAGO UFGOWE ET IN COMITATU ADELBERTI COMITIS CONFERT.

ANNO MXLVI.

Ex Archivo Capituli Eccl. Spir.

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis HENRICUS Divina favente clementia Rex. Magnum quidem proemii meritum apud conditorem omnium promereri ſperamus, ſi eccleſias Dei prædiis rebusque poſſeſſionis noſtræ aliis ad divinæ laudis honorem conceſſo ditamus, qua propter omnes Sanctæ Eccleſiæ Dei noſtrique noverint fideles, tam futuri quam præſentes, qualiter nos pro æterna requie animæ Patris noſtri Conradi Imperatoris Auguſti beatiſſimæ recordationis, & matris noſtræ Giſelæ Imp. ſimul etiam dilectæ conjugis noſtræ Cunigundis Reginæ, atque pro noſtra perpetua ſalute contectalis noſtræ Agnetis ſcilicet Reginæ, Sanctæ Eccleſiæ Spirenſi in honorem Sanctiſſimæ Virginis Mariæ conſtructæ, in qua corpora Patris noſtri Matrisque conſepulta remanent, fratribusque inibi div. ſervitio aſſidue vacantibus *quoddam prædium in villa Baden in Pago Uſgowe in comitatu ADELBERTI Comitis* ſitum, quod ſæpe dictus Genitor noſter acquiſivit, nobisque hereditario jure reliquit, cum omnibus ſuis appenditiis, hoc eſt utriusque ſexus mancipiis, areis, ædificiis, agris, campis, terris cultis & incultis,

Digitized by Google

pratis, paſcuis, ſylvis, venationibus, mercatis, teloniis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, molis, molendinis, quæſitis & acquirendis, & cum omni utilitate quæ ullo modo inde poterit provenire, in perpetuum tradidimus, eo nimirum tenore, ut eidem Eccleſiæ præpoſitus ejusque ſucceſſores cum conſilio & conſenſu fratrum de eodem prædio liberam deinceps habeant poteſtatem, tenendi, commutandi, præcariandi, vel quicquid ſibi inde placuerit ad uſum fratrum faciendi, ſi autem, quod abſit, aliquis ejusdem Eccleſiæ ipſorum aut ſibimet ipſi uſurpare, vel alicui in Beneficium dare, vel quoquo modo à ſervitio præſumſerit abalienare, bis aut ter ab herede noſtro & fratribus monitus ut emendet, & ſi renuerit, ſibique in admonitione non obedire contempſerit, idem noſter proximus heres dimidiam libram auri in publico pondere ad altare Sanctæ Mariæ perſolvat, ſibique ſupra dictum prædium hæreditario jure poſſidendum redimat, & ut hæc noſtræ traditionis & conſtitutionis Regalis authoritas ſtabilis & inconvulſa omni ævo permaneat, hanc chartam inde conſcriptam manu propria corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Dat. V. Idus Septembris anno Domini incarnationis Milleſimo XLVI. Indictione decima quarta, anno autem Domini Henrici Tertii ordinatione ejus XVIII. regni vero VIII. Actum *Auguſtæ* in Dei nomine feliciter. Amen.

Digitized by Google

XII.

CHARTA HESSONIS DE FUNDATIONE DOMUS ET CAPELLÆ S. NICOLAI IN EICHSTAT.

ANNO MLII.

Ex Apographo antiquiſſ. Archivi Badenſis, quod Baſileæ eſt.

Notum ſit omnibus tam futuris quam præſentibus qualiter ego Heſſo anno MLII ab incarnatione domini, indictione Vta, epacta, XVII, Luna XI concurent III, feria V, Heinrico regnante ſecundo, DUCE BERTOLDO, COMITE HERIMANNO, a Rumoldo, Conſtantienſi Epiſcopo, impetravi hanc domum in honore ſanctæ Marie & ſancti Petri atque omnium ſanctorum dedicari, atque honorifice cum prædio atque familia dotavi. Poſtea vero defuncto fratre meo Lamberto ædificavi capellulam in honore ſancti Nicolai pro remedio animæ ejus atque a Beringero Baſilienſi epiſcopo dedicari poſtulavi, atque proprio ſervo meo Volrado dotavi cum tali allodio, quale ipſe pro beneficio habet in loco *Nuemburc*, (a) cum omnibus appendiciis cum uno manſo hartgeri in marcha *Bezingen*, Eo videlicet tenore atque cum anniverſarius dies advenerit, per ipſum, qui eadem uſurus eſt capellula, cum tribus aut quatuor presbiteris celebris habeatur atque quicquid ſibi actenus per matrem Eccleſiæ cenſualis uſus acceſſit, ad ipſum altare *Eichſtatenſis*

(a) Nimburg.

Digitized by Google

Eccleſiæ legitimo jure dedit, quatinus per hæc prædicta bona, ipſius Heſſonis, anniverſarius dies, cum tribus aut quatuor presbiteris amodo celebretur, uxorisque illius, Govte, ſimiliter, Presbiterque hujus Eccleſiæ ſimulque capellule absque ullo ſervitio amodo honoretur, & ſine cenſuali obſtrictone, niſi pro animarum illarum remedio & iſtorum, omniumque ſanctorum ſedule ſervitutis officio permittitur, Et advocato hujus Eccleſiæ communi conſilio ſervicium conſtitutum eſt, ſcilicet in novembre unum maltarium ad panem & hamam uini & porcum unius anni etatem habentis & duo maltaria auene, In maio autem duas oues ſine pelle, & unum maltarium ad panem & hamam uini & nichil avenæ, quia herbe ſufficiunt, Archipresbytero tantundem & ad ſervitium epiſcopi in quarto anno V ſolidos, Hec Karta conſcripta, atque confirmata perpetualiter maneat inconvulſa, at ſi quislibet heredum ſuorum hanc confirmationem diuellere conabitur, in præſenti ſit anatematizandus, & in futuro infernali igne comburendus.

Eodem pacto Herimannus miles, quale predium uiſus eſt habere in uilla *Ebringen*, *(b)* legitima donatione ſancto Petro, hujusque Eccleſiæ presbytero donavit, & ſi quis poſterum aliqua deprædatione in eo quid deliquerit, ſtigias undas eum amplius uti optavit.

(b) Vicus prope Wolfenweiler, in Brisgovia.

Digitized by Google

XIII.

DIPLOMA HENRICI IV. IMP. ECCLESIÆ RUEGGISPERGENSI IN HELVETIA DATUM.

ANNO MLXXVI.

Ex autographo Lauſan.

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis HENRICUS divina favente Clementia, Romanorum quartus Rex; Quoniam Regalem dignitatem decet, juſtitiam, & pietatem, Neceſſitatibus Eccleſiarum ſuccurrere, profectibus gaudere, & utilitatibus conſulere, & favere; Ob hanc rem quæ in litteris iſtis agenda ſequuntur, jubente matre mea Agnete Auguſta, quæ cum Apoſtolici Gregorii VII Legato Geroldo, Hoſtienſi Epiſcopo, & Cardinalium primo, præſens aderat, & ob interventum Moguntinenſis ArchiEpiſcopi Sigefridi, Colonienſis Archiepiſcopi Annonis, Trevirenſis Archiepiſcopi Uthonis, Methenſis Epiſcopi Hermanni, Wirzburgenſis Epiſcopi Adelberonis, Spyrenſis Epiſcopi Aynhardi, Argentinenſis Epiſcopi Wernheri, Lauſonnenſis Epiſcopi Burkhardi, Sedunenſis Epiſcopi Grinefredi, *Suevorum Ducis Rodolfi*, Saxonum Ducis Magni, Lotharienſium Ducis Gothefredi, *Palatinorum* Hermanni . . . . Ratbodonis, *Marchionum Hermanni*, Uthonis, Eggeberti, *Comitum*, Wernheri, Volmari, Chunonis, de Burgundia, aliorumque multorum noſtri regni Principum interpellatione miſericor-

diter ſuſcepimus, ordinando clementer diſpoſuimus, comprobando diligenter confirmavimus; Notum igitur fore Volumus & cupimus omnibus Chriſti fidelibus, tam futuris, quam preſentibus; Quod quidam illuſtris Vir Lutholdus nomine, de Caſtello Rümelinga, cum fratre ſuo Reginfredo, & filiis ejus conſentientibus, quorum hæc ſunt nomina; Primogenitus Odalricus, Luitprandus, Nothgerus, Burkardus, Rodolfus, donavit *per manum Bertholfi Ducis, filii Rodolfi, patre ipſo Duce jubente*, in hoc placitu advocati, Eccleſiam de Roggeresperc, cum tali recto, quod undecunque ipſis in ea parte videbatur, & inſuper Alodum eorum, quod eidem Eccleſiæ ſub præfato Duce Rodolfo contradiderat, in fide; Conſtructam autem ipſam Eccleſiam & Alodum ſuum in regno meo, in Lauſannenſi Epiſcopatu; *in pago Nomine VſſGow, in Comitatu Bargenſi*, donavit, cum laudamento fratris ſui Reginfredi & filiorum eique ſupra nominatorum, Deo & ſanctis eique Apoſtolis Petro & Paulo, & Domino Hugoni, Abbati tunc præſenti, & ſucceſſoribus ejus, ad locum Cluniacenſem, pro ſalute animæ ſuæ, & uxoris ejus Guthæ, pro ſalute fratris ſui Reginfredi, & filiorum ejus, pro remedio defunctorum parentum amborum, & pro conſolatione in poſteritate ſua futurorum; ob memoriam quoque Regum, Epiſcoporum, Principum, & omnium prædictæ Cellæ ſtatum & honorem diligentium ac defendentium, atque omnium prorſus Chriſti fidelium, ut in ordine monaſtico perpetualiter inibi ſerviatur Domino: Ipſi vero ibidem famulantes Deo monachi, ſub regula & ordine Cluniacenſi, liberam habeant, ut dignum eſt, de ſua propria cauſa, poteſtatem, ſuis neceſſitatibus omnimodis providere, uti ac vivere, tantùm ut cenſum reddant ad Clunia-

cum, per ſingulos annos aureum denarium, in natali Apoſtolorum Petri & Pauli;

Igitur ego HENRICUS Dei gratia Romanorum quartus Rex, Sancto Spiritu inſtinctus, propter ſpiritalis patris Hugonis Abbatis præſentiam, una cum matre mea Agnete, tunc Auguſta, *per manum præfati Ducis R.* Vicinum loco & adjacens deſertum quoddam, juris regni mei; ſcilicet nemus adhuc viride donavi eidem Eccleſiæ Roggersberch & Monachis inibi, Deo & ſanctis ejus Apoſtolis P. & P. ſub ordine Cluniacenſi famulantibus, pro remedio animæ patris mei defuncti, propter ſpem æternæ vitæ, ob remiſſionem omnium peccatorum noſtrorum, ob ſalutem corporum, & ſempiternam animarum requiem, ob cottidianam noſtri memoriam, prolisque meæ in futurum; eo pacto & ea conditione, ut prædictæ Eccleſiæ Monachi, cum hominibus ſuis exſtirpent & ſuccidant illud, ac exerceant, atque laborantibus agricolis ad ſuccidendum & exſtirpandum collocent; donec in cottidianos uſus ſuos bene redigant; Terminus vero ejusdem ſylvæ ac deſerti, circa montem Guccham extenſus, in longitudinem & latitudinem ubique nemoroſus & incultus per circuitum dicitur; Conſtitutus de monte Sanbach ubi oritur, usque ubi cadit in nigram aquam, primus Terminus. Secundus rurſus de monte Sanbach usque ad Lupbach, & ab ortu ejusdem fluvii usque ubi cadit in Senſunam; 3tius. De Lupbach usque ad fluvium Guecham, ubi ille cadit in Senſunam; 4tus ab illo usque ad Toringeſſperin; 5tus usque ad Lynebirgam; Sextus inde usque ad Scutum; 7mus de ſcuto usque ad cœcum fluvium; 8vus de cœco fluvio usque in rubeum fluvium; & ſic ut idem rubeus fluvius cadit in nigram aquam; 9nus

onus de nigra aqua iterum ad montem Sanbach; eruntque omnes termini ſimul conjuncti novem. Decretum eſt igitur a me & a matre mea A. Auguſta & a prænominato Apoſtolici Legato G. atque ab Archiepiſcopis, Epiſcopis . . . . lica cum authoritate, banno impoſito confirmatum, a Ducibus etiam & Palatinis, Marchionibus, Comitibus, & omnibus, inferioris dignitatis Principibus collaudatum; ut nulli omnino hominum ſive ditiori ſive Pauperiori poſthac liceat in eodem loco, vel in eadem ſylva, aliquas proprietatis conditiones, non hereditarii juris, non Advocativæ nec cujuslibet poteſtatis uſurpatione, quæ libertate monaſterii noceat, ſibimet vendicare vel temere perturbare, aut ſubditas ei poſſeſſiones auferre, vel minuere, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione ac gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; Huic decreto communi propter firmam & ſtabilem ejusdem Monaſterii libertatem, ex regia noſtra auctoritate, addimus etiam hoc & fixum ſtatuimus, ut ſi qua perſona Eccleſiaſtica vel ſecularis, hujus conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, vel aliquid a ſupradicto monaſterio, temerarie vel injuſte abſtulerit, ſemel ac ſecundo tertiove commonitus ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, ablatumque reddiderit, is noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum Regum poteſtate coactus, XXX auri libras ad regis ærarium perſolvat, primitus Eccleſiæ reddito eo, quod injuſte abſtulerat, & poteſtatis, honorisque ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat; atque in Apoſtolici usque præſentiam, a ſacratiſſimo corpore Domini noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat, & in extremo examine diſtrictæ ultioni

Digitized by Google

ſubjaceat. Ut ergo hæc ſupra dictarum traditionum & conſtitutionum decreta, omni ævo ab hac die in decimo rata & inconcuſſa permaneant, hanc Cartam & Teſtamentum manu propria corroboravimus, noſtrique ſigilli impreſſione inſigniri curavimus.

Hilſelſus Cancell. vice Annonis . . . . .

Archi Cancell. S. S. Regis.

Data VI. Kalendas Aprilis Anno Domini Incarnationis MLXXVI.

Indictione XIIII.

Anno vero Domini Henrici quarti Regis XXI. Actum in *Wormatia.*

Digitized by Google

XIV.

CHARTA CONCAMBII, QUA BURCARDUS BASIL. EPISCOPUS LOCUM *CELLA* IN NIGRA SILVA CONCEDIT S. ULRICO.

ANNO MLXXXVII.

Ex Tabular. Abbatiæ Cluniacenſis.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Noverit omnium fidelium tam futurorum quam præſentium vniverſitas qualiter venerabilis pater Dominus Vdalricus monachus Cluniacenſis & prior de *Gruningun* precibus ſuis impetraverit a Baſilienſe Epiſcopo Domino Burcardo, ut locus ille, qui *Cella* dicitur, qui ſitus eſt in nigra ſilva, in *pago Brisgowe, in comitatu HERIMANNI Comitis*, per legitimum concambium ad Cluniacum traderetur, quod concambium ut fieret per advocatum noſtrum Erlewinum, & Seligerum militem ejusdem Eccleſie advocatum, idem Epiſcopus benigne indulſit, conlaudavit, ac precepto ſuo confirmavit. dedit igitur idem advocatus noſter Erlewinus ſuper ſacroſanctas Reliquias Baſilienſis Eccleſie predium, quod habuimus in villa, que *Bigingen* vocatur, pro commutatione celle, quam prediximus. Sed quia quibusdam hoc minus ſufficere videbatur, advocatus noſter, Dominus ſcilicet Erlewinus, donavit nobis in loco, qui dicitur *Autparingen* manſum unum; quem ita partiendo expendimus, ut media pars ejusdem ad ſupplementum concambii adderetur, altera vero, quia locus

Digitized by Google

Celle in parochia Eccleſie, que vocatur *Kirichoven*, ſitus erat pro redimendis ejusdem loci decimis deputaretur. his ita peractis, advocatus Epiſcopi Seligerus dedit ſuper ſacroſanctas Reliquias Cluniacenſis Eccleſie locum prenominate Celle in propriam & perpetuam poteſtatem cum omnibus appenditiis & juſtitiis ſuis, videlicet agris, pratis, paſcuis, terris cultis & incultis, ſilvis, molis, molendinis, aquis aquarumve decurſibus, exitibus & reditibus, cunctisque locis, que ſunt in circuitu ejusdem Celle, a quibus nives per declivia montium dilabi in valles noſcuntur. & ut hoc concambium Eccleſie Baſilienſi utilius fuiſſet factum quam non factum, ex parte Epiſcopi juramentum fecerunt Herimannus de *Piſchophingen*, Humbertus de *Untchirichen*, Luitoldus & Solvinus de *Tungen*. In actione & confirmatione hujus concambii aderant teſtes; quorum nomina ſubſcripta ſunt. Bertolfus Dux, Herimannus Comes, Ebbo & filius ejus Erchenboldus, Arnoldus, Sigeboldus, Ruodolfus, Burchardus, Wernherus, Cuono, item Cuono, Folchardus, Luitfridus, Wolfgangus, Gerunc. anno dominice incarnationis MLXXXVII. indict. X. Actum in loco, qui dicitur *Rendelimſum*. (a)

(a) Forte Rindelinſeim, Rendelina Curtis, in Pago Sornegaudiæ ſita, de qua Alsatiæ Illustr. Tom. I. pag. 637. Locus hic profecto ad Epiſcopatum Baſil. pertinuit.

XV.

BULLA URBANI II. PONTIF. MAX. PRO ABBATIA S. PETRI IN NIGRA SILVA.

ANNO MXCV.

Ex rotulo San - Petrino.

URBANUS Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Chriſto filiis, in loco, qui Cella S. Petri dicitur, ſub B. Benedicti regula dimicantibus, eorumque Succeſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum.

Deſiderium, quod ad religioſum propoſitum & animarum ſalutem pertinere monſtratur, auctore Deo ſine aliqua eſt dilatione complendum. Quia ergo egrægiæ nobilitatis vir BERTHOLDUS DUX in *Comitatu Briſaquenſi*, in Conſtantienſi Epiſcopatu, in *Sylva*, quæ dicitur *nigra*, ad honorem Sancti Petri Apoſtolorum Principis Monaſterium ædificavit, ipſum quoque allodium Romanæ Eccleſiæ Juri mancipavit. Nos ejus devotionem noſtra Auctoritate firmantes locum ipſum ſub Apoſtolicæ Sedis tutela ſpecialiter fovendum ſuſcepimus. Per præſentis igitur privilegii paginam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut quæcunque prædia ſive poſſeſſiones præfatus Dux, vel alii viri ex ſuo jure veſtro Monaſterio obtulerint, ſive in futurum Conceſſione Pontificum, Liberalitate Principum, ſeu oblatione fidelium juſtè atque canonicè poteritis

Digitized by Google

adipiſci, firma Vobis, Veſtriſque Succeſſoribus & illabata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omninò hominum liceat idem cœnobium temerè perturbare, vel ei ſubditas poſſeſſiones auferre, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integrè conſerventur, veſtris, veſtrorumque Succeſſorum uſibus omnimodis profutura. Obeunte eo, qui in vobis Abbatis fungitur miniſterio, nullus ibi ſub qualibet ſubreptionis aſtutia vel violentia præponatur, niſi quem veſtri Collegii Univerſitas, vel ſanioris Conſilii pars ſecundum timorem Dei, & B. Benedicti regulam elegerit. Advocatus, quem veſtris iuribus decreveritis, nullam in Monaſterio veſtro aliquid diſponendi habeat poteſtatem: Nulli etiam ſæculari perſonæ in eodem loco liceat habitare.

Vos autem filii in Chriſto Chariſſimi oportet regularis diſciplinæ Inſtitutionibus diligenter inſiſtere, & totius animæ ac mentis virtutibus anhelare, ut per arctam viam gradientes Omnipotenti Deo placere, & ad ſupernam latitudinem pervenire valeatis. Ad indicium autem perceptæ hujus à Romana Eccleſia libertatis *aureum Biſantium* per ſingulos annos Lateranenſi Palatio perſolvetis.

Sanè ſi quis in Craſtinum Archi-epiſcopus aut Epiſcopus, Imperator aut Rex, Princeps aut Dux, Comes aut Vice-Comes, Judex aut perſona quælibet magna vel parva, ſæcularis vel Eccleſiaſtica hujus noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundo tertiove commonitus, ſin non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reúmque ſe divino judicio exiſtere, ut à Sacratiſſimo corpore & ſanguine Dei ac Domini Redemptoris Noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat; atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat; Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus

Digitized by Google

ſit pax Dni. noſtri Jeſu Chriſti, quatenùs & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Datum *Placentiæ* per manum Joannis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis VIto Idus Martii Indict. III. Anno Dominicæ Incarnat. MXCV. Pontificatûs autem Domini Urbani Secundi Papæ VIIo.

XVI.

CHARTA FUNDATIONIS MONASTERII S. ALBANI BASILEÆ, PER BURCHARDUM EPISCOPUM BASILIENSEM. (a)

ANNO MCIII.

Ex Cod. Urſiſiano Archivi Baſil.

In nominæ ſanctæ individuæ Trinitatis Amen.

Cum ex adjuncto divinitus officio vicem Dominicam in Eccleſia gerere debeamus, providendum Nobis ſummopere eſt, ne magis gloriam propriam quam Juſtitiam quærere a Domino judicemur, & talentum creditum in terram magis fodere, quam cum fœnore ad Dominum reportare comprobemur. Bonum ergo operantes ad Omnes, non deficiamus, tempore enim ſuo metemus vitam æternam. Hujus rei gratia

(a) Fragmenta hujus Chartæ dedit Urstis. *Epit. Hiſt. Baſil.* Cap. X. pag. 123.

Digitized by Google

Ego BURCHARDUS divina miſeratione Baſilienſis Epiſcopus pro mearum negligentiarum Correctione, proque omnium fidelium tam vivorum, quam corporis vinculis ſolutorum Redemptione Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo LXXX. III. hoc Cenobium in honore Sancti Salvatoris, & Beatæ Dei Genetricis ſemperque Virginis Mariæ Sanctique Albani Martyris inſtitui, & ut divinum die noctuque inibi redundaret ſervitium, vitæ Converſationique Monachorum ipſum deputavi, Ordinationique Cluniacenſis Abbatis concredidi, ita ut quicunque Prior ab ipſo creabitur, quia Eccleſia ipſa Cura Animarum de Conſilio & Conſenſu Cleri noſtri inveſtita eſt, ſtabilis & abſque omni Calumnia & Gravamine, niſi legitimis rationibus convincatur, quod abſit, perſeveret, utque Corporeis neceſſitatibus ſuperſedentes, ſolum divinis vacarent laudibus, de propriis reditibus, partim de his, quæ Ipſe mea acquiſivi induſtria & pecunia, ipſis victualia, & cetera vitæ neceſſaria abundanter ordinavi. Verum, quoniam ab ineunte temporum ætate ſic ſe habent ſecularia, ut ſemper mali detrahant bonis, & livor edax hoc nititur invertere, quod ad Cultum divinæ Religionis maxime bonorum virorum ædificatum eſt conamine, neceſſarium deputavi, Colonias & Vineas, omnesque reditus huic Cœnobio ſubjectos, litteris mandare, & unde vel qualiter, quorumque Teſtimonio Beato Albano fuerint donata, carta præſenti adnotare. EGO BURCHARDUS Epiſcop. qui iſtam Congregationem inſtitui, Conſilio fidelium meorum tam Laïcorum quam Clericorum de propriis meis reditibus dedi Sancto Albano fratribusque Deo eique famulantibus, *Lorracho* cum Eccleſia omnibusque ſuis appendiciis tam in vineis quam in agris, pratis & ſilvis, Eccleſiam de *Howingin*

wingin (*a*) cum ſuis, Eccleſiam de *Chandro* (*b*) cum ſuis, in villa quæ dicitur *Inferior Baſilea* Eccleſiam cum ſuis, Curtim & Eccleſiam de *Hegindorff* cum ſuis. In Civitate Baſilienſi Eccleſiam Beati Martini, & decimam in villa quæ vocatur *Huningin* medietatem. Eccleſia in villa quæ dicitur *Kemiz* (*c*) & medietatem villæ cum ſuis Appendiciis, Eccleſiam de *Bozinsheim* cum ſuis Appendiciis, ea tamen ratione ut Prior ille ab ipſis inſtitutus vices noſtras per omnia ibidem habeat in Cura animarum ſicut & Prior Sancti Albani in Civitate Baſilea, ſicut fluvius Birſicus determinat, ita tamen ut Cappellani ab ipſis electi vices ipſorum in his quæ ad Plebis Curam pertinent, agant. Eccleſiam & Villam de *Appenwiler* cum ſuis Appendiciis, ſilvam quæ ſita eſt juxta Sanctum Albanum, molendina in Ripa Birſæ, cum pratis & agris adjacentibus, in villa quæ dicitur *Binnengin* duos Manſus, *Riuwilere*, *Ahperingin*, (*d*) *Habchinshen*, *Guzwilre*, (*e*) *Sierinzs*, (*f*) *Weſthalda*, Curtim vnam cum Vineis *Vſheim*, *Ramispach*, *Michilnbach*, *Obirwilre*, (*g*) *Bratillo*, *Gelterkingin*, *Durno*, *Holſtein*, (*h*) *Metin*. (*i*) His prædictis Curiis & Eccleſiis prænotatis Cenobium Beati Albani Martiris fundatum eſt. Advocatum ſupra prædictas Curtes inſtitui, nobilem Virum videlicet *Rudolphum de Honberg Comitem* ex iſta parte Rheni, in vlteriori vero parte Rheni *T. de Rötinllim*, qui homines ipſorum & Res ſine omni ſibi ſubſtituto ſubadvocato, tuitionis virtute

(*a*) Hauingen. (*b*) Candern. (*c*) Kl. Kembs. (*d*) Effringen. (*e*) Gotoneswilare. vide ſupra dipl. II. not. c. hodie Kuzerbann. (*f*) Sirniz. (*g*) Oberweiler. (*h*) Hölſtein. (*i*) Fortaſſis Wetin, hodie Weitenau, prope Hölſtein omnes hi vici ditionis ſunt Bada-Durlacenſis.

Digitized by Google

ſine læſione fideliter defenſare ſatagant, non Tyrannidem iniquæ Exactionis exerceant. quod ſi exceſſerint & Monachi ab iniquo Gravamine clamare ſuper Eos comperiantur ſemel & ſecundo tertiove commoniti ſe emendare noluerint, a Jure ſuæ Advocationis ſine omni Contradictione ab Epiſcopo removeantur, & alii qui digni ſint loco ipſorum ſubrogentur. Eccleſiam vero ipſam & locum cum omnibus ſuis Appendiciis a muro Civitatis usque ad Pontem Birſæ, & omnia quæ in banno vrbis continentur, quæ Jurisdictionis ipſorum ſunt Ordinationi Prioris & Judicio ſucceſſorumque ſuorum dimiſi, niſi cum Judicium Sanguinis agitur, quod meis officialibus judicandum reſervavi, removens per hoc omnem ſecularem perſonam, vt Monachi inibi Deo ſervientes ab omni ſtrepitu mundanorum exemti, ſoli Deo liberrime vacare prævaleant. Porro infra ſepta monaſterii ſicut a porta ſuperiori intratur, quæ omnia nomini Domini Sabahot dicata ſunt prohibemus & ſub pœna Excommunicationis & Communicationis tremendi Judicii Dei interdicimus, ne aliquis temere quid malignari vel aliquam Poteſtatem iniquam ſuper inhabitantes exercere præſumat. Quod ſi Dei nutu & miſericordia, quod fieri non diſcredo, Eccleſia ipſa Rebus & Religione in tantum exaltata fuerit & Judicio Epiſcopi quicunque loco mei ſucceſſerit, id poſſe fieri videatur, competentes fratres ipſius loci ſibi de ſuis eligant Abbatem, qui ab Abbate Cluniacenſi ſine Contradictione inſtituatur; Precor igitur & obtentu perfectæ Caritatis veræque fraternitatis obteſtor omnes Succeſſores meos, quatenus perhenne præmium in prædicti Cœnobii amplificatione mecum ſperare contendant meamque Conceſſionem & Confirmationem avertere minime præſumant, ſed monachos inibi Deo ſanctoque Albano famulantes pro animarum ſuarum ſalute ſub libero & tranquillo

Digitized by Google

Dei ſervitio ab omni contrarietate & perturbatione defendant. Si quis autem, quod abſit, ſpiritus malignitatis inflatus hanc noſtræ Confirmationis Cartam infringere tentarit vel fratres Deo inibi ſervientes moleſtiis inquietare vel omnino perturbare præſumpſerit odium Dei & Sanctæ Mariæ Sanctique Albani Martiris nec non omnium Sanctorum incurrat, & fiſco Regio Centum Libras auri perſolvat, & Conamina illius per Dei potentiam irrita fiant; vt autem conſcriptio hæc rata & ſtabilis in ævum permaneat eam ſigilli noſtri juſſimus impreſſione ſignari. Teſtes hujus rei ſunt: Chuono Lauſanenſis Eps. Ruodolfus Præpoſitus, Hupoldus Vicedominus, Bertholdus Theſaurarius, Hugo Decanus, Adilbertus Can. Ebirhardus Cam. Ruodolfus Advocatus. Adilbo Com. Hermannus Comes, Ludewicus Comes, Burchardus mil. Adilbertus Pincerna, Lampertus Dapifer, Anno, Wernherus, Rienherus, Hezo, Adalyz, Burchardus, & alii quam plures. Acta ſunt hæc *Baſileæ* in præſentia Burchardi Epiſcopi, qui hanc Cartam dedit, Indictione XI. Luna I. Regnante Imperatore Romanorum Henrico IIII. & filio Ejus Rege Heinrico V.

Digitized by Google

XVII.

NOTITIA DE VICO YTTEWILARE ABBATIÆ S. PETRI A BERTOLDO II. DUCE RESTITUTO.

ANNO MCIX.

Ex Rotulo San-Petrino.

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam præſentibus. Quod *Vir Summæ Nobilitatis DUX BERTHOLDUS* cum Uxore ſua bonæ memoriæ *Agnete.* hoc annuente & rogante Reverendiſſimo Conſtantienſi Epiſcopo Domino *Gebehardo ejusdem Ducis Germano* inter cætera liberalitatis ſuæ opera quemdam locum, qui dicitur *Buchſe* cum omnibus ad eum pertinentibus pro redemptione animæ ſuæ Deo & ſancto Petro Apoſtolo Eccleſiæ noſtro Patrono. præpoteſtativa manu contradidit. qui multis diebus uſibus Monachorum, in cœnobio noſtro degentium, cum univerſis ſuis redditibus libero & intemerato Jure ſervivit. Revolutis autem aliquot annorum curriculis. quidam perverſus ex militibus Ducis pro quodam utilitatis ſuæ negotio. Jusjurandi non metuens ſe obligare Sacramento. Cum votum ſuum ad effectum produxiſſet. nec facultatibus ſuis miſer à juramento quod fecerat ſolvi potuiſſet. Dominum ſuum Ducem adijt. diverſis promiſſionibus multis obteſtationibus inprimis ſatis contradicentem ad hoc demum compulit. quod homo tantæ Dignitatis Deo

facere præſumeret injuſtitiam. ne ſuus miles perjurus. hominum amitteret juſtitiam. nam licèt invitus ob hanc tamen neceſſitatem militis ſui devictus precibus. quemdam Vicum. *Yttewilare* vocatum. ad ſupradictum pertinentem locum. cuidam comiti nomine Diepoldo fecit beneficiarium. Verùm dum comes idem naturæ cedens tandem obiſſet. ac Dux præfatus ſecum revolveret quod egiſſet, & legatione fratrum quos injuriaverat interpellatus, & ſuperna inſpiratione cordetenus viſitatus. eo tempore in vigilia Aſcenſionis Domini cum *filio ſuo* Domino *Rvodolfo* advenit pacificus. videlicet ea quæ injuſtè commiſerat correcturus. Igitur in ſequenti die ipſius ſolempnitatis ad Monaſterium procedens in conſpectu Venerabilis Abbatis Domini Epponis & fratrum circumſtante non parva. quæ tali die convenerat plebe. Reliquiis Sanctorum apportatis. prædium quod abſtulerat. humiliter reddidit. & nequaquam de cætero in hoc aut alijs Eccleſiæ noſtræ rebus ſe nociturum. ſed omnibus quibus poſſet modis Deo & ſancto Petro fideliter & devotè promittens ſemper profuturum. poſtulante memorato Abbate, eundem Vicum ibidem ſuſcepit in ſuæ Defenſionis patrocinium. Aderant ibi eodem tempore cum Duce præter Vulgus aliqui nobilium Virorum, quorum nomina hic conſcripta ſunt in rei geſtæ teſtimonium. Hugo de *Tannegge*. Walto de *Pforron*. Marcwart de *Nidingen*. Erneſt de *Steine*. Harpertus de *Wilheim*. Immo de *Inſſe*. Actum ante Baſilicam Sancti Petri. Anno ab Incarnatione Domini M. C. VIIII.

Digitized by Google

XVIII.

HENRICI V. IMP. CONFIRMATIO MONASTERII GOTTESAUGIENSIS.

ANNO MCX.

Ex Archivo Bada-Durlacenſi.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. HENRICUS divina ſavente clementia Rex. Omnium ſancte DEI eccleſie fidelium cognoſcat induſtria, quod in regno noſtro regulare quoddam Monaſterium ſitum eſt, in provincia ſcil. quæ dicitur Teutonica Francia, in Epiſcopatu Spirenſi in pago Albegowa, in Comitatu Vorchheim, in ſylva, quæ dicitur Lushardt, juxta fluvium, qui dicitur Alba, quod Gotteſawa nuncupatur honorifice conſtructum & DEO dicatum eſt a quodam Comite Bertoldo, & filiabus Lugarda & Mechtilda, ſibi in hoc omnino conſentientibus &c. Data XVII. Calend. Sept. Indict. III. ao. Dominicæ incarnat. MCX. regnante Henrico V. Rege Rom. ao. IV. Actum eſt Spiræ in Chriſto feliciter Amen.

Digitized by Google

38a (1)

2.3 30 Vol I

ad pag. 39

EX ROTVLO FVNDATIONIS ABBATIAE
S. PETRI IN NIGRA SILVA SEC XII.

Notū ſit xp̄i fidelibuſ. qd uir magnę nobilitatiſ Hermann' march beatę memorię hermanni marchioniſ filiuſ tale prediū quale in ſuiſ ē habere apd uillā Ampayingen cū mancipiiſ utriuſq, ſexuſ ad il lud ptinentibuſ. cū una baſilica cū domibuſ & curtibuſ. excepto tan tū qd quida ei' ſeruienteſ ab ipſo p̄uſ in beneficiū acceperant. ſcō. Petro p redeptione animę ſuę & parentū ſuoꝝ necnon & coniugiſ ſuę nup defunctę tradidit in poſſeſſionē. Aderant huic traditioni pret multitudinē uulgi nobileſ uiri atq, liberi. quoꝝ nōa ſubſcripta ſt. Berhtolduſ dux patrueliſ eiuſde comitiſ. Dietricuſ de Rotenleim Waltheruſ de Wilheim. Adelbtuſ de Swerce. Geroldus de Wit tilenchouen.

Digitized by Google

XIX.

EX ROTULO FUNDATIONIS ABBATIÆ S. PETRI IN NIGRA SILVA. SEC. XII.

ANNO MCXI.

Notum ſit Chriſti fidelibus quod vir magne nobilitatis Herimannus Marchio beate memorie Herimanni Marchionis Filius ta'e predium quale viſus eſt habere apud villam Amparingen cum mancipiis utriusque ſexus ad illud pertinentibus cum una Baſilica cum domibus & curtibus excepto tantum quod quidam ejus ſervientes ab ipſo prius in beneficium acceperant, ſancto Petro pro redemptione anime ſue & parentum ſuorum nec non & conjugis ſue nuper defunčte tradidit in poſſeſſionem. Aderant huic traditioni preter multitudinem vulgi nobiles viri atque liberi quorum nomina ſubſcripta ſunt Berhtoldus Dux patruelis ejusdem comitis. Ditricus de Rotenleim. Waltherus de Wilheim. Adelbertus de Swerce. Geroldus de Wittilenchouen.

XX.

EX ROTULO FUNDATIONIS ABBATIÆ S. PETRI IN NIGRA SILVA, SEC. XII.

ANNO MCXI.

Anno autem ab incarnatione domini MCXI. idem chriſtianiſſimus Bux Berhtoldus, cujus tempore illo Chriſti pauperes plurimum tuebantur patrocinio, nutu divino preſentis vitæ curſum finiens

ad hunc locum, quem ipſe primum cum *fratre ſuo Conſtantienſium venerabili Epiſcopo* GEBEHARDO cœpit conſtruere, ſicut ante diſpoſuerat atque rogaverat, ad ſepeliendum a ſuis honorifice delatus eſt. Cujus corpore nondum terre commendato UXOR EJUS domina AGNES cum duobus LIBERIS ſuis domino RUDOLFO & CUNRADO tale predium, quale viſa eſt habere in villa, qui dicitus Scalſcat & intra fines ad eandem villam pertinentes cum mancipiis ibidem conſtitutis pro redemptione animæ mariti ſui beato Petro tradidit. Hac facta traditione quidam miles nomine Guntramus de familia Ducis annuente atque preſente domina ſua, quicquid allodii in pago qui dicitur Gundeluingen poſſidebat, pro anima domini ſui beato Petro donavit. Item quædam mulier nomine Liucela ſoror ejusdem G. que his geſtis affuit, quandam curticulam & pratum in predicto pago Gundeluingen pro anima domini ſui beato Petro tradidit. Aderant his traditionibus præter multitudinem populi nobiles viri atque liberi, quorum nomina ſubſcripta ſunt. HEREMANNUS MARCHIO FRATRUELIS PREFATI DUCIS. Fridericus comes de Mumpligart. Bertholdus comes de Nüenburc, Erkenboldus de Kencingen. Erlewinus de Antreſbach. Adalbero de Grabenhafen. Heinricus de Hardegge. Vdalricus de Belpa & filius ejus Rudolfus. Rupertus & Heinricus de Scalſtat. Bern de Hofwilre.

XXI.

Nota. Utrumque hoc documentum N. XIX. & XX. exhibemus lectori delineatum & aeri inciſum.

Digitized by Google

2.3.30 vol 2

40a(2)

ad pag. 40.

EX ROTVLO FVNDATIONIS ABBATIAE

S. PETRI IN NIGRA SILVA SEC. XII.

exemplum delineatum.

Anno aut̃ ab incarnat̃ d. M. C. XI. Ille xp̃ianiſſimuſ dux Berhtolduſ. cuiꝰ tẽpore illo xp̃i paupeſ plurimũ tuebant̃ patrocinio. nutu diuino p̃ſentiſ uite curſũ finienſ. ad hunc locũ quẽ ipſe p̃mũ cũ fr̃e ſuo cõſtantienſiũ uenerabili ep̃o Gebehardo cepit cõſtruere. ſic ante diſpoſuerat atq; rogauerat. ad ſepeliendũ a ſuiſ honorifice delatꝰ ẽ. Cuiꝰ corpore. nondũ t̃re cõmendato. uxor eiꝰ dona Agneſ cũ duob; liberiſ ſuiſ dono Rodolfo & Conrado tale prediũ quale uiſa ẽ habere in uilla q̃ dr̃ Salſtat. & intra fineſ ad eandẽ uillã ptinenteſ. cũ mancipiiſ ibidẽ cõſtitutiſ. pro redẽptione animę mariti ſui beato Petro tradidit. Hac facta tradicione. quidã mileſ nõe Guntrãmuſ de familia ducis. annuente atq; p̃ſente dña ſua. q̃cq̃d allodii in pago q̃ dr̃ Gundelvingen poſſidebat. p̃ anima dñi ſui beato Petro donauit. Itẽ quędã mulier nõe Liucela ſoror eidẽ. G. quę hiſ geſtiſ affuit. q̃ndã curticulã & pratũ in p̃dicto pago Gundel p̃ anima dñi ſui beato Petro tradidit. Aderant hiſ tradicionib; pt̃ multitudinẽ pp̃li nobileſ uiri atq; liberi. quoꝝ nomina ſubſcripta ſunt.

Heremannuſ marchio. fratruelis p̃ſati ducis. Fridericꝰ comeſ de Mumpligart. Berhtolduſ comeſ de Nvenburc. Erkenbolduſ de Kencingen. Erlewinꝰ de Antreſbach. Adalbo de Grabenhuſen. Heinricuſ de Hardegge. Odalricꝰ de Belpa & filiꝰ eiꝰ Rodolfuſ. Rodpertuſ & Heinricuſ de Salſtat. Bern de Hofwilre.

Digitized by Google

XXI.

EXCERPTA EX CHARTIS VOLUMINIS VEL ROTULI SAN - PETRINI.

Circa ANNUM MCXI.

„ Quoddam concambium factum eſt inter nos & Sanctimoniales de
„ *Waltchilicha.* predium videlicet quod habebant apud villam
„ *Bettebur* (*a*) nobis dederunt. & partem predij quod nos habuimus apud
„ Sevelt (*b*) viciſſim receperunt. advocatis utriusque Eccleſiæ preſentibus.
„ & aliis liberis hominibus quorum nomina ſubſcripta ſunt. *Dux Ber-*
„ *tholdus & frater ejus Conradus. Heremannus marchio.* Conradus
„ de *Waltchilicha.* Geroldus de *Seercingen.* Erlewinus de *Antreſpach.*
„ Erchenboldus de *Hahperc.* Ruodolſus de *Windisleh.* Gerunc de *Brun-*
„ *na.* Burchardus de *Gundelvingen.*

„ Waltherus nobilis homo de *Wilheim* cum filiis ſuis tale pre-
„ dium quale viſus eſt habere in loco qui dicitur *Ricewilare.* & manſum
„ unum apud *Pippindorf.* & pratum quoddam apud *Windibach.* beato
„ Petro contradidit. Hujus rei teſtes ſunt *Berhtoldus Dux. Heriman-*

(*a*) Bettberg. (*b*) Seefelden.

„ *nus marchio.* Berhtoldus de *Sparwariſegge.* & frater ejus Erlewinus. „ Fridericus de *Woluah.* Heinricus de *Hardegge.* Walchon de *Groningen.* Conradus de *Waltchilicha.* Burchart de *Bocheim.* Ruodolf de *Winulisleh.* Uto de *Crocingen.* Craft de *Opſingen.* Burchart „ de *Dencelingen.*

„ Wolfhelinus de *Tonſula* & filius ejus Hiltibrandus omne predium quod apud eandem villam *Schalchſtat* (*k*) habuit.cum manu Domini ſui *Ducis Berhtoldi* pro quatuor marcis argenti vendidit Eccleſiæ S. Petri. preſente quoque Domino *Herimanno ſecundo Marchione.* & pluribus militibus ſuis.

(*k*) Schallſtatt Ditionis Badenw.

Digitized by Google

XXII.

NOTITIA DONATIONIS INSIGNIS MONASTERIO S. PETRI IN NIGRA SILVA FACTÆ A BERTOLDO ET CONRADO, BERTOLDI II. DUCIS ZARINGIÆ FILIIS, BERTOLDI I. NEPOTIBUS.

ANNO MCXII.

Ex Rotulo San-Petrino.

Omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam præſentibus notum eſſe cupimus, qualiter Dominus *Bertholdus* & *frater ejus Conradus filii* bonæ memoriæ *Berthodi Ducis* Cœnobii hujus Fundatoris, tale predium quale in vico, qui dicitur *Benzeshuſen* habuerunt cum omnibus ſuis pertinentiis, hoc eſt mancipiis utriusque ſexus, âreis, agris, pratis, paſcuis, campis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, exitibus & redditibus ſive cultis ſive incultis, ſed & Novale vicinum cellæ noſtræ, quod Gotescalchesgröitte dicitur, nec non & illam ſui Juris quantitatem non parvam Sylvæ, quæ *Schwarzwald* appellatur, & ab illo Novali in Longitudinem ac Latitudinem ſatis copioſam protenditur, pro redemptione animarum ſuarum, atque parentum ibidem ſepultorum beato Petro Apoſtolo manu præpoteſtativa contradiderunt ad hoc videlicet, ut quidquid utilitatis inde proveniat, Monachorum in hoc Loco converſantium in uſum atque ſervitium perpetuo cedat.

Digitized by Google

Prætерea in omnibus allodiis in Burgundia ſeu Briſgaugia aut in Nekergaugia, vel ubicunque locorum ſitis, quæ parentes ſui glorioſus ſcilicet Dux Bertholdus cum uxore ſua Domina Agnete illorumque patres, id eſt Katholicæ veritatis ſectator eximius Ruodolphus Rex & honorabilis Dux Bertholdus primus cum thori ſui conſorte Domina *Richwara* tradiderunt Eccleſiis, quarum una in vico quodam Burgundiæ, qui vocatur *Buchſe*, continetur, alia vero apud villam quandam Nekergaugiæ *Wilheim* appellatum cum omnibus quæ ad easdem pertinere videbantur, huic Cœnobio in præſentiarium ſubditis, quodlibet Ius hæreditarium vel à ſe vel à generis ſui ſucceſſoribus habendum juxta legalem Alemannorum conſuetudinem devote abdicarunt, imo etiam ut Majorum ſuorum vota & oblationes omni ſuccedentis temporis ævo inconvulſæ & intemeratæ permaneant, iterata traditione confirmaverunt. Eadem quacunque ratione non diſſimili voto, quicunque de clientibus ſuis vel Familia huic Eccleſiæ devotionis cauſa conferre vellent aliquas facultates aut patrimonia, omnibus ab illa die deinceps liberam poteſtatem voti complendi permiſerunt. Inſuper etiam nouam partem omnium rerum ſuarum, quæ decimari ſolent hujus Loci Cœnobitis annis ſingulis perſolvi conſtituerunt. Actum VI. Kal. Ian. id eſt in nativitate beatiſſimi Evangeliſtæ Ioannis, Anno ab Incarnatione Domini MCXII. regnante Rege Henrico hujus nominis quinto. Indictione V. fer. IIII. ante Baſilicam S. Petri, allatis illuc ſanctorum Reliquiis, in præſentia Domini Epponis Ven. Abbatis. aſtantibus, quorum nomina ſubſcripta ſunt, nobilibus viris. Cono de Kunringen & Filius ejus Cono. Waltherus de Horwan. Razo de Riethuſen. Eberhardus de Eiſtat. Luicili & Adelbertus de Uſhuſen. Harpertus de Wilheim, Geroldus de Wittilinchoven. Et

aſtantibus de Domo Ducis qui majores natu fuerant, plurimis. Circumſtante quoque & hoc audiente, qui tali die ad Eccleſiam convenerat, cœtu copioſæ plebis.

XXIII.

BERTOLDI III. ET CONRADI DUCUM ZARING. CONFIRMATIO FUNDATI A PARENTIBUS SUIS COENOBII S. PETRI.

ANNO MCXII.

Ex eodem Rotulo.

In Chriſti nomine. Notum eſſe cupimus Chriſti fidelibus tam futuris quam præſentibus, quod *Dux Bertholdus* III. & *frater ejus* Dominus C. *filii* bone memorie *Bertholdi* II. *Ducis*, hujus Eccleſiæ fundatoris nigræ ſilvæ, quæ noſtra lingua Schwarzewalt appellatur. loca vel prædia ſeu poſſeſſiones hæreditario ad ſe jure transmiſſas, & hiis vocabulis determinatas, videlicet a Plateno in monte Kanden, & ſic erga

Charta hæc apud Schannat. *Coll. I.* pag. 160. ſed vitioſe.

Digitized by Google

jugum montis, & per deſcenſum dexteræ partis montis ejusdem usque ad montem dictum Zewisbisberg a Zewisberg ad terminum dictum Buggenhorn de Buggenhorn ad terminum dictum Twerenbachgeſprenge. abinde in rivum dictum Wuta & abinde ad terminum dictum zem Burgſtal, quidquid ab ipſo termino videlicet prædictæ ripæ tendit ad antedictum terminum Burgſtal. abinde erga jugum ejusdem collis usque ad montem dictum Ettenberg, & inde in terminum dictum Tierſol, & per deſcenſum ejusdem termini usque in Bregenbech, cum omnibus vallibus eundem rivulum tangentibus ex parte dextera. Abinde usque ad paludem quæ vulgariter Hönenlache appellatur, ſitam ſuper Strichen. abinde usque Widiwanke, & abiude usque Ludiwancke. abinde usque Lubinsbach. abinde usque in vallem Nordera. deinde per aſcenſum montis, qui dicitur Nenkerſperg ad fontem Schönenbrunne, abinde Schoneggenbach inferius usque ad terminum qui vocatur Welſchenordera: abinde ſurſum per vallem usque ad terminum qui dicitur hern chungevelle. abinde usque ad terminum qui vocatur Bernhöpten. abinde usque ad ripam quæ vocatur Weriſpach. abinde per medium montis usque ad caſtrum dirutum Wiſenegge. ab inde usque Staphelegge ſive Waſenegge abinde usque ad jugum montis dicti Flanſen. abinde per medium montis ſive cacumen usque ad Tiliam ſitam in monte dicto Wiphi. abinde per deſcenſum montis ejusdem usque ad ripam dictam Gloter. abinde usque ad longum lapidem ſitum in monte dicto Turli. abinde per deſcenſum montis usque ad ripam quæ vocatur Schwarzerichenbach. abinde per aſſcenſum ejusdem rivuli usque ad montem Channum. abinde usque ad terminum in principio nominatum dictum zem Ahorn manu præpoteſtativa beato Petro Apoſtolo Patrono noſtro pro Redemptione

Digitized by Google

animarum ſuarum, nec non parentum ſuorum hic ſepultorum devoti tradiderunt.

Actum VI, Kal. Jan. id eſt in Nativitate S. Joannis Evangeliſtæ anno dominicæ Incarn. M. C. XII. anno ſexto Henrici Regis hujus nominis quinti, ante Baſilicam Tancti Petri, allatis illuc Sanctorum reliquiis, hujus loci regimen tenente Ven. Domino Eppone Abbate. aſtantibus nobilibus viris, quorum nomina in rei geſtæ teſtimonium ſubſcripta ſunt. Chunone de Kunringen & filio ejus Chunone. Walthero de Horwen. Ranzone de Stoffeln. Eberhardo de Eiſtat. Lyzelino & Adilberto de Vſhuſen. Hartberto de Wilhein. Geroldo de Witlikoſen. & de domo Ducis Chunone de Blankenberg. Reinharto de Wiler. & Bernwarto de Verſtat. Heinrico de Owen. Giſilberto de Willer. & aliis quam pluribus fide dignis. Circumſtante quoque & hoc audiente, qui tali die ad Eccleſiam convenerat, cœtu copioſæ plebis.

Digitized by Google

XXIV.

NOTITIA DEDICATIONIS MONASTERII S. PETRI IN NIGRA SILVA ET DONATIONIS IN GONDELINGEN EI FACTÆ.

ANNO MCXIII.

Ex Rotulo San-Petrino.

Anno ab Incarnatione Domini M. C. XIII. Indiſt. VII. VIII. Anno Regis HEINRICI quinti II. Kal. Oſtob. feria III. dedicatum eſt Monaſterium noſtri Cœnobii à Venerabili Wittone Curienſi Epiſcopo in honorem Sanſtæ & Individuæ Trinitatis, ac viſtorioſiſſimæ Crucis, & Beati Petri Apoſtoli, omniumque Apoſtolorum. Domino Udalrico Conſtantienſis Eccleſiæ eleſto præſente, & annuente una cum ſeptem religioſis Abbatibus. hoc eſt Domino Eppone tunc temporis ejusdem Monaſterii Prælato. Brunone Hirſaugienſe. Ruſteino de S. Blaſio. Adalberto Scafhuſenſe. Dieggero de S. Georgio. Ottone Rinaugienſe. Egenone Auguſtenſe tantæ ſolennitati concurrentibus, & in cunſtis quæ poterant devotiſſimè agentibus. Non ſolum autem tales Perſonæ nec non aliæ religioſæ hominum plurimæ, id eſt Clericorum, Monachorum, Converſorum, verùm etiam ſæcularium virorum non pauci nobiles, atque liberi, excepta promiſcui ſexus multitudine non parva, quæ undique confluxerat in illa die, huic negotio videbantur intereſſe.

Peraſto itaque Dedicationis Officio *Dux Bertholdus*, & *frater ejus* Dominus *Conradus* Eccleſiam honorificè dotaverunt coram omni Populo; Tradentes ei videlicet præpoteſtiva manu prædium quoddam quod

quod habebant in Pago, qui dicitur *Goudelingen*, quatenus cum omnibus mancipiis, & appendiciis ſuis perpetuo cedat in uſum Monachorum hoc in Monaſterio Deo, & S. Petro famulantium. Preterea etiam ut omnia quæ a Parentibus ſuis, aut quibuscunque fidelibus tradita eſſe noſcuntur beato Petro iſtius Monaſterii Patrono inconvulſa, & intemerata conſiſtant omni ſuccedentis Temporis ævo, quicquid juris hæreditarii vel à ſe aut generis ſui ſucceſſoribus poſſit haberi, aut dici, juxta Legem, & Conſuetudinem iſtius Patriæ ſicut & antea ſepiſſimè fecerant. abdicaverunt in Conſpectu utriusque Epiſcopi, & totius multitudinis circumſtantis Populi.

His geſtis intererant nobiles viri, quorum nomina in rei geſtæ Teſtimonium ſubſcripta ſunt. Adalbertus Comes de Gamertingen. Adalbertus de Horenberc. Fridericus de Wolvach, & filius ejus Arnoldus. Waltherus de Wilheim. Gerunc de Brunne. Ruom. de Ashach. Wernherus de Cimbere. Limpolt de Merderburch. Erkenboldus de Kencingen. Conradus de Zaringen. Erkenboldus de Vorcheim. Eberhardus, & Frater ejus Burchardus de Eiſtat. Heinricus de Wictelisberch. Vdalricus de Anemutingen. Rudolfus de Bucheim. Walecho de Waldegge. Otto de Regiuesberch. Lintoldus de Teyeruelt. Rodolfus de Gurtwil. Egino de Burbach; Erchengerus de Steinunſtat. Craft de Opfingen. Wido de Wilare. Roggerus de Blidoluesheim. Rupertus de Huſen. Berchtoldus, & Foleloch de Deningen. Lambertus de Adelhuſen. Burchardus de Gundolvingen.

Digitized by Google

XXV.

INSTRUMENTUM CONDITÆ FRIBURGI CIVITATIS IN BRISGOVIA.

ANNO MCXX.

Ex autographo Friburgenſi.

In nomine Domini. Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus quod *Bertholdus Dux Zaringie* in loco proprii fundi ſui Friburc videlicet. ſecundum jura Colonié liberam conſtituit fieri civitatem. anno ab incarnatione Domini Milleſimo centeſimo viceſimo. Mercatoribus quibuscunque *perſonatis (a)* areas in conſtituto foro in proprium jus diſtribuens ad domos in eisdem areis edificandas. Singulé autem areé in longitudine centum in latitudine quinquaginta pedes habebunt, & de qualibet area XII. den. publicé moneté annuatim in feſto beati Martini jure cenſuali Domino ſunt perſolvendi. Cum autem juxta conſenſum ac decreta regis & principum ejusdem conſtitutio fori confirmata fuiſſet. mercatoribus undecunque ad eundem locum confluentibus, qué ſubſcripta ſunt, conceſſit privilegia. Omnibus in eadem civitate manentibus jure perpetuo retinenda. Conſtituit autem, ut quicunque Dominus poſtmodum eandem civitatem hereditario jure poſſideret eo decedente, quisquis inter heredes ipſius ſenior extiterit dominium ejus-

(a) Perſonatis, id eſt, dignioribus, honeſtioribus.

Digitized by Google

dem civitatis obtineret. Dedit autem pacem & ſecuritatem itineris omnibus forum ejusdem civitatis adeuntibus hoc promittens. quod quicunque ſua ſpoliatus fuerit. ſi predonem nominatim exprimeret aut reddi faceret. aut ipſe perſolveret. Burgenſibus ſuis in omni jurisdictione ſua theloneum condonavit. Quicunque friburc burgenſis fuerit volens inde recedere, rerum & corporis usque in Medium Renum & per totum ſui comitatus ambitum ſecurum debet habere *ducatum (b)* Domino conducente. Dominus dabit eccleſiam Sacerdoti, quem burgenſes communiter elegerunt. Plebanus Sacriſtam habere non debet, niſi de communi civium voluntate ſumptum. Ad hoc miniſterium procurandum, Scultetum, Lictorem, paſtorem, quem burgenſes annuatim elegerunt, Dominus ratum habebit & confirmabit. Thelonearius omnes pontes ad vallum civitatis pertinentes parare tenetur, & quicquid pecoris in eis amiſſum fuerit, ipſe perſolvet. Hæc autem ſunt jura thelonearii. De equo *IIII.* den. de mulo XVI. den. de aſino VIII. den. de bove I. den. de cute obl. de porco obl. de *berna (c)* obl. de quatuor ovibus I. den, Totidem capré I. den. de *ſouma (d)* vini quod hic emitur, obl. de ſouma ſalis obl. de ſouma frumenti I. den. de Centenario aruiné IIII. den. de centenario depi *(e)* IIII. den. de centena-

(*b*) Ducatum, id eſt, conductum, ſicher Geleit.

(*c*) De berna, id eſt, de verre, ſive porco non caſtrato.

(*d*) Souma, alias Sagma, onus jumenti clitellarii.

(*e*) Sepum pro *Sevum*, Schmer.

rio plumbi puri den. De centenario plumbi, quod dicitur *malterbli (f)* obl. *Qui ſolvit libram cum ſtagno: cum pipere: cumino: thure: laureis.* dabit IIII. den. De cera ſimiliter. De oleo ſimiliter. De *veſtibus* ſimiliter. De pellibus ovium. caprarum. & hircorum ſimiliter. De Sale, quod adducitur ſimiliter. De calibe ſimiliter. De *rakiſen (g)* ſimiliter. *Ein Schoubſerri (h)* I. den. Numerus de allec *(i)* I. den. Pondus Lané I. den. De quatuor equis extra civitatem euntibus I. den. de pane qui vendendus in ſportis educitur I. den. In ſaccis eductus obl. Alienus de vaſe vini quod ducit in civitatem ſi ſimul vendit IIII. den. Si vendit ad tabernam. *de libra dabit IIII. den.* De omni genere mali equus dat den. aſinus obl. Omne genus leguminum & nucum *maltarum* I. den. Equus cum rapula *(k)* den. Aſinus obl. De plauſtrata feni ſtraminis, *circorum*, *meniorum*, *(l)* den. Plauſtrum novum quatuor rotarum den. dué roté obl. Souma mellis IIII. den. De centenario cupri IIII. den. *Melius (m)* theloneum dabit quilibet in hac civitate. Monachus ſeu Clericus vel miniſterialis Domini non dabunt theloneum in civitate. Qui ſervat publicam libram burgenſi gratis concedat. Si

(f) Hodie *Stangenbley.*

(g) Grobes Eiſen.

(h) Faſciculus ferri, *Schieneiſen.*

(i) Numerus Halecum, ſcil. 120.

(k) Rapula à rapa.

(l) *Maen*, Magſamen.

(m) *Melius* pro medium thelonium, den halben Zoll, quod hodieque Friburgi in uſu eſt, ubi cives nonniſi dimidium thelonium reſpectu exterorum perſolvunt.

Digitized by Google

melius *vadium* ponit, videlicet tres ſolidos valens, quod ſi negaverit, ſi convictus fuerit teſtibus, quamdiu non ſatisfecit, nullum jus in Civitate habebit. Si autem conquerens probare non poteſt, quod ipſe ſibi libram negaverit ille juramento ſe non eſſe reum demonſtrabit, & interea cum hoc non fecerit, quilibet *dabit & ſuſcipiet cum libra qua voluerit*, & nulli ſatisfaciet. Ipſe autem illi cui libram negaverat plenarie reſtituet. ſi quod exinde dampnum ſe legitime probaverit accepiſſe : ſi autem conceſſerit & mercedem acceperit, ſi convictus fuerit, gratiam amiſit Domini. Extraneus dabit obl. de omni centenario. Quilibet burgenſis libram ſi vult habeat. cum qua concivibus ſuis & non extraneis ponderare debet. Quicquid emitur ab extraneo vel venditur extraneo, cum publica libra debet ponderari. Omnis menſura vini, frumenti, & omne pondus auri & argenti in poteſtate XXIIII. Conſulum erit, & poſtquam ea equaverint, uni eorum, cui viſum fuerit, civitas committat, & qui poſtmodum majorem vel minorem habuerit, furtum perpetravit ſi vendit aut emit per ipſam. Omnis burgenſis hujus civitatis eſt *genoz* poſſeſſionis cujuslibet, ſi eam ſibi forte voluerit comparare, nec de bonis ſuis dabit ullo modo jus advocatié : ante feſtum ſancti Martini XIIII. noctes. & XIIII. poſt. nullus carnifex bovem aut porcum emere preſumat, niſi quem in macello coram ſe ſecare voluerit ad vendendum, quod ſi transgreditur jus civitatis infregit. Qui proprium, non obligatum, valens marcam, in friburc habuerit, burgenſis eſt. Quicunque carens herede legitimo friburc moritur. omnia ſua bona XXIIII. conſules diem & annum in ſua tenebunt poteſtate : ſi intra tempus hoc aliquis cum teſtimonio venerit idoneo. quicquid defunctus reliquit.

Digitized by Google

unus heres plenarie poſſidebit. Si autem nullus heredum ſuorum venerit. una pars pro remedio animé ſué. altera Domino. tertia dabitur ad munitionem civitatis. Omnis mulier eſt *genoz* viri ſui in hac civitate; & vir mulieris ſimiliter. Omnis quoque mulier erit heres viri ſui. & vir ſimiliter erit heres illius. Burgenſis quilibet uxore ſua vivente de omni poſſeſſione ſua quod vult diſponit. ſi alter eorum moritur. de proprio & hereditate ſua nichil facere poteſt, niſi famis eum neceſſitas urgere ceperit. & illam neceſſitatem juramento probabit. ſi autem aliquis heredum neceſſaria ſibi miniſtrare voluerit. de rebus ſuis non habebit diſponendi poteſtatem. Si burgenſem vel uxorem ejus relictis pueris mori contigerit. poſtmodum uno puerorum mortuo. alter in hereditate ſibi ſuccedet. niſi prius inter eos bona fuerint diviſa. tunc pater aut mater hereditatem habebit. Alienus extra civitatem exiſtens, ſi rem in civitate poſitam emerit a burgenſi, mediam thelonei partem dabit. Quotquot uxores quilibet burgenſis habuerit. filii cujuslibet matris bona ipſius hereditate poſſidebunt. Puer ſub patris vel matris conſtitutis impeperio. quamdiu ſui juris non. nichil de rebus ſuis per ludum vel aliquo poteſt modo expendere. Si autem fecerit. patri vel matri reddendum eſt de jure. & ſiquis mutuum ſibi dederit. de jure ſibi nunquam perſolvetur. Nullus *infra XII. annos* conſtitutus teſtimonium ferre. nec ſibi nec aliis prodeſſe poterit vel obeſſe. nec infringere poteſt jus civitatis. Si quis in extremis poſitus. liberos ſuos alicui commiſerit. & ille mercedis gratia malefecerit eis. ſi teſtibus convincitur. corpus erit burgenſium. & bona Domino ſunt adjudicanda. & qui poſt illum proximus eis a patre fuerit. Curam eorundem geret puerorum. & eos usque *ad XII. annos* & amplius donec bona ſua non popoſcerint in cura ſua retinebit.

Si quis burgenſis uxorem alterius conviciis provocaverit. X. libris emendabit. ſi teſtibus convincitur. Nullus hominum vel miniſterialium Domini in civitate habitabit, nec jus habebit burgenſium. niſi de communi civium conſenſu. ne quis burgenſium illorum *teſtimonio* poſſit offendi. niſi Dominus civitatis liberum eum dimiſerit. Si burgenſes inter ſe rixati fuerint. non ſunt cogendi ad faciendum querimoniam. nec Dominus vel Judex civitatis debet ullo modo ſuper hoc movere queſtionem: ſi autem alter eorum Domino vel judici conqueſtus fuerit. & poſt motam in manifeſto querimoniam occulte reconciliati fuerint. ſi judex reconciliationem improbaverit occultam. compellere poterit eum ſi vult ad querimoniam peragendam. Omnes autem qui reconciliationi factę preſentes intererant. gratiam Domini perdiderunt. Nullus extraneus teſtis erit ſuper burgenſem, ſed tantum burgenſis ſuper burgenſem. Omne teſtimonium duobus idoneis teſtibus eſt producendum. & hoc de viſu & auditu. Si ſuper aliqua Sententia fuerit inter burgenſes orta diſcordia ita quod una pars illam vult tenere ſententiam, alia vero non. ex XXIIII. conſulibus duo non ſimplices burgenſes ſuper ea Coloniam appellabunt ſi volunt: & ſi cum teſtimonio Colonienſium reverſi fuerint. quod vera ſit ſententia. pars contraria reddet eis expenſam omnem quam fecerunt. ſi vero Colonienſium judicio non obtinebunt ſententiam, ipſi damnum ferent & expenſam. *Burgenſi licet* vendere vel dare uxore ſua vivente quicquid poſſidet. Si quis burgenſem in propria *area* vi invaſerit. vel temere domi queſierit: quicquid ei mali fecerit. *non emendabit.* Extraneus cum burgenſi duellum non faciet. niſi ſit de voluntate burgenſis. Si quis irato animo infra civitatem aliquem die vulneraverit. ſi duobus idoneis teſtibus convictus fuerit, manu truncabitur: ſi

vero occiderit. decollabitur. ſi autem nocte contigerit. vel in taberna nocte ſive die duello convincendus erit. ea de cauſa , quia taberna nocti aſſimilatur propter ebrietatem. ſi autem accuſatus predictorum teſtium teſtimonium non acceptaverit. cum altero teſtium duellum inire ſibi licebit. Si homicida auſugerit. domus ejus funditus deſtruetur. & per annum integrum inedificata manebit. poſt revolutionem anni heredes ejus ſi voluerint deſtructam domum reedificabunt. & libere poſſidebunt. impenſis tamen prius Domino LX. Solidis. Predictus vero reus ſi poſtmodum in urbe capietur. ſtatuté pené ſubjacebit. Si burgenſis burgenſem depilaverit in civitate. vel percuſſerit. vel temere ad domum ſuam acceſſerit. vel eum ceperit. vel capi fecerit. gratiam Domini amiſit. cetera judicia ſunt cauſidici. Si duo cives ſe invicem capillaverint. qui auctor fuiſſe teſtibus convincitur. *alter vero non.* Si burgenſis extraneum percuſſerit vel depilaverit. LX. Sol. emendabit. Si duo burgenſes amici civitatem exierint. & inter ſe altercati alter alterum capillaverit. vulneraverit. vel occiderit. auctor pro ſatisfactione *III. Solidos* cauſidico dabit. Si vero inimici urbem exierunt. & ſe invicem capillaverint. vel percuſſerint. vel alter alterum occiderit. ſi convinci poteſt idoneis teſtibus. eadem pena ac ſi in civitate contigiſſet puniatur. Si duo burgenſes amici civitatem exierint. & inter ſe altercati ſine concordia ſeparati fuerint. ſi poſtmodum antequam in civitatem reverſi fuerint. alter in alterum maligne inſultum fecerit. eadem pena ac ſi in civitate fuerit, puniatur : Omnis qui venit ad hunc locum. libere ſedebit. niſi fuerit proprius alicujus. & confeſſus fuerit dominum. tunc Dominus relinquet aut deducet eum. ſi vero Dominum negaverit. Dominus ſeptem proxi-

Digitized by Google

proximis cognatis ſuis probabit eum eſſe ejus. & tunc habebit eum. Quicumque in hac civitate diem & annum nullo reclamante permanſerit. ſecura de cetero gaudebit libertate. Orta ſeditione. ſi quis tumultum audierit. & armatus illuc venerit. penam non ſubibit. ſi autem audito tumultu non armatus venerit. & poſtea domum rediens rurſum cum armis venerit. & de hoc convictus fuerit. gratiam Domini amiſit. Si civis convivem ſuum in extraneo judicio perſequitur. ea qué amittit apud extraneum judicem. ipſe ſibi reddere tenetur. & poſtea judici ſuo tribus ſolidis emendabit, ſed ſi fecerit eum capi. gratiam Domini amiſit. Si extraneus civem fugaverit. vel vulneraverit. ſi civis prius notificaverit judici. & ſi poſtea extraneus in civitatem venerit. quicquid ei mali civis intulerit. nullam apud judicem ſuper hoc penam ſuſtinebit. Si civis extraneum in judicio pro debito convenerit. judex eum ſex Septimanis in expenſa ſua reſervabit. ſi expenſam per ſe non habeat. & hoc dico ſi debitum non negaverit. poſt quos dies judex creditorem datis ſibi tribus ſolidis reddet. accepta competenti ab eo cautione. qnod nullum inferat malum debitori. Si quis res alterius dat vel vendit vel obligat. eo preſente nec contradicente : ſi poſtea contradicit. nichil ei valebit. Nemo rem ſibi quoquo módo ſublatam repetere vel ſibi vendicare audeat. niſi juramento probaverit, eam ſibi furto vel preda ſuiſſe ſublatum. Si autem is in cujus poteſtate invenitur dixerit. ſe in publico foro non pro furato nec pro predato ab ignoto emiſſe: cujus etiam domum ignoret. & hoc juramento probaverit. nullam penam ſubibit. ſi vero a noto ſibi ſe emiſſe confeſſus fuerit XIIII. diebus eum querere ſibi licebit. quem ſi non invenerit & werandum ſuum non attulerit. penam latrocinii ſuſti-

Digitized by Google

nebit. Quicumque ſive judex ſive civis aliquis quempiam ſine ſententia in civitate ceperit. non autem furtum vel falſam monetam apud eum invenerit. gratiam Domini amiſit. *Burgenſis habens dominum cujus fatetur eſſe proprius. cum moritur. uxor ejus predicto Domino nihil dabit.* Si quis gratiam Domini amiſerit. ſex ſeptimanis rerum & corporis *infra* villam & extra pacem habebit. & de bonis ſuis extra civitatem pro voluntate ſua diſponet. Res autem mobiles vel immobiles & domum ſuam infra civitatem non licet ei vendere vel obligare : ut ſi infra dictum terminum gratiam Domini non meruerit. per domum propriam. & alia in civitate reperta cogat eum gratiè ſuè reformari. Si vero Dominus ultra montana tranſierit. usque ad reditum ejus pacem habebit. Burgenſes non tenentur ire cum Domino in expeditione. niſi iter unius diei. ita tamen ut unusquisque ſequenti nocte poſſit ad propria remeare. Si quis autem alterum in eadem expeditione quoquo modo leſerit. tamquam in civitate factum puniatur. cum vero predicta expeditio communiter precipitur. quicumque civium audierit. & non exierit niſi legitimam cauſam pretenderit. domus ejus funditus deſtruetur. Si quis bonum quod in vulgari dicitur Erbe, alicui obligaverit. ille cui obligatur certus eſt in pignore. quamdiu alter eorum inde jura dederit. *ſi vero jura inde cedentia* neuter dederit. bonum in Domini jure redit poteſtatem. Si domus alicujus in civitate arſerit , quamdiu cenſum & collectam & alia jura non ſuperſederit. jus burgenſium non amiſit. ſi autem alter *curtim* emerit. burgenſis inde non erit. niſi ſuperedificet. *Si burgenſis vadens in provinciam.* extraneum percuſſerit vel capillaverit. & extraneus in civitatem veniens conqueſtus fuerit. nullam ſatisfactionem erit habiturus. *Quicumque extraneo rerum ſuarum* aliquid acceperit. pro eo

Digitized by Google

quod domum in civitate ſibi comparaverit, gratiam Domini amiſit. Quicumque mulierem poſt mortem mariti ſui coegerit, vel accipere virum, vel eſſe ſine viro, jus civitatis infregit. Si quis domum alicujus intraverit. ex quo ſibi ſemel introitum interdixerit. quicquid ei poſtmodum ab hoſpite domus acciderit. nullus ei emendabit. Si filius burgenſis concivis ſui filiam occulte dilexerit. & cum ea concubuerit. & hoc manifeſtatum fuerit. ſi judicio burgenſium poſſibilitas inter eos viſa fuerit contrahendi. contrahere compellantur. In duello tam ille qui impetit, quam ille qui impetitur. ſi victus fuerit. pari pené ſubjacebit. Duellum autem non debet fieri niſi pro ſanguinis effuſione. vel pro preda. vel pro morte. cum autem aliquis ſanguinolentus efficitur. ſi conqueri vult pulſet campanam. ad cujus ſonitum XXIIII. venire tenentur, qui leſum lavabunt. & ſi fuerit ibi plaga ſanguinis. reus pene ſupradicte ſubjacebit. Sin autem : id eſt. ſi plaga ſanguinis inventa non fuerit. ille qui pulſaverat rei penam ſuſtinebit. *Quilibet XXIIII. Conſulum. XII. d.* de curti ſua retinebit: nec ſtabunt in judicio pro quacumque cauſa ſatisfacturi. niſi pridie facta fuerit eis ore ad os edictio. niſi jus civitatis infregerint. Quilibet conſulum debet habere bancum unum ſub tribus Lobijs qui per juramentum a prima fundatione Civitatis ſunt inſtitute: uno vero conſulum mortuo qui in ejus locum ſuccedet, eundem bancum poſſidebit. Sunt autem tres lobie: inferiores macelli. Lobia prope hoſpitale. Banchi panum (*n*) apud ſorum piſcium. Conſules autem poſſunt decreta conſtituere ſuper vinum. panem.

(*n*) *Brodbänke.*

& carnes. & alia. ſecundum quod univerſitati civitatis viderint expedire : & quicunque ſuper hijs juraverint. ſi forte infringunt. honorem ſuum amiſerunt. & bona eorum publicabuntur. Si autem Dominus infringit. jura neglexit Civitatis. & quocumque modo decretum factum fuerit. ita debet accipi. & quotiens infringitur. totiens accipiatur. (o)



Sigillum ex cera rubra, appenſum ſerico rubro, in medio, quo duæ membranæ colligatæ ſunt.

Longitudo duarum membranarum, quæ conſutæ ſunt filo, III. pedum VII. pollicum eſt. Latitudo I. pedis regij & V. pollicum.

Character ſcripturæ ex ipſo ſeculo XII. eſt. Diphthongi ubique comparent. Vocalis *e* in fine vocum ſemper caudata eſt inferius.

(o) Hic incipit ſanctio legum ac jurium totius membranæ.

XXVI.

CHARTA TRANSACTIONIS DE LIMITIBUS INTER ABBATIAM S. PETRI ET INTER CELLAM, CANONICORUM REGULARIUM MONASTERIUM.

ANNO MCXXI.

Ex Monaſterio S. Petri.

In Nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti taliter facta eſt concordia, & confirmata inter Monachos Cœnobij S. Petri de monte, & Canonicos de Cella ſanctæ ſemperque virginis Mariæ de terminis locorum, in quibus in nigra ſylva commorantur. Anno ab Incarnatione Domini M. C. XXI. Epact. nulla, concurrente vero Indict. XIIII. Luna XVIIII. quarto Non. Aug. in præſentia venerabilis Vdalrici Conſtantienſis Epiſcopi, & *Ducis Bertholdi*, & D. Brunonis & aliorum Principum ſcil. Dom. *H. Marchionis*, Friderici de Woluahe, *Conradi de Zaringen* generis comitis Berth. cum quidam terminos per convalles circa capellam S. Nicolai extendere vellent. tandem communi aſſenſu utrarumque partium omniumque judicio principum, ut expulſa omni controverſia diabolicarum inſidiarum vera pax Chriſti inter eos firmaretur. fratres de Cœnobio S. Mariæ S. Petro duo beneficia 4. ſolidos in tributo pendentia conceſſerunt. Monachi autem de S. Petro B. ſemperque virgini Mariæ usque ad cacumina montium ubi etiam planities æqualiter inter

Digitized by Google

eos divideretur nihilominus benevole ſuos terminos extendere permiſerunt. Nunc igitur ut replicem, per crepidinem montis a diruto Caſtro *Wiſenegge* usque ad magnam vallem, in cujus extremo S. Margaritæ ſilvacenſis Monaſterium ſitum eſt planitie per medium diviſa certi termini utrinque deſignantur. Domino Epiſcopo pro authoritate a Domino ſibi conceſſa confirmante, & ne ulterius mutaretur contradicente. Chriſto vero regnante, & ad latitudines regni cœleſtis nos vocante, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

XXVII.

EXCERPTA EX EPISCOPI SPIRENSIS CHARTA SUPER ECCLESIAM BACKNANG.

ANNO MCXXII.

Ex Beſoldi Theſauro pract. in voce Baden p. 73.

Ego Bruno Epiſcopus juſtis petitionibus votisque piis & divina inſpiratione conceptis deſideriis *Hermanni Marchionis* annuens conceſſi, ut in Eccleſia S. Pancratii Martyris inſtructa quam ipſe & *uxor ejus Juditha*, ipſiusque parentes prædiis & decimis ditaverunt, paupe-

Nota. Charta hæc non amplius extat in Tabulario Epiſcopatus Spirenſis.

Digitized by Google

res Chriſti canonicos, ſecundum regulam B. Auguſtini, communem vitam ducentes collocaret &c. Anno Dominicæ incarnationis MCXXII. Indict. XV. XIII. Kal. Martij.

XXVIII.

CALIXTI II. PAPÆ LITERÆ AD ABBATEM MONASTERII GOTTESAUGIÆ.

ANNO MCXXII.

Ex autographo Archivi Bada-Badenſis.

Calixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Burchardo Abbati Monaſterii S. Mariæ, quod in Spirenſi Parochia, in loco qui *Godesawa* (*a*) dicitur, ſitum eſt, ejusque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Officii noſtri nos hortatur auctoritas pro Eccleſiæ ſtatu ſatagere, & quæ recta ſtatuta ſunt ſtabilire. Siquidem illuſtris Vir *Bertholdus*, Comes de *Hohenberg* beatæ Mariæ Monaſterium, cui dilecte in Chriſto fili præſides, in prædio ſuo, in loco, qui Godesawa dicitur, propriis conſtructum ſumtibus beato Petro ejusque Roma-

(*a*) De Monaſterio Godesauua vid. Spangenberg in *Chron. Henneberg. genſi*, Cap. 24. qui fundationem ponit ad A. 1010.. Trithemius in *Chron. Hirſaug.* Tom. I. pag. 270. (Edit. S. Galli 1690.) ponit ad 1110.

Digitized by Google

næ Eccleſiæ ſub cenſu annuo unius Spirenſis Monetæ denarii obtulit, & nos ergo ejus devotionem laudabilem perpendentes & tuis precibus annuentes, oblationem ipſam ad honorem Dei & beati Petri, Apoſtolorum Principis, cum omnibus ad eam pertinentibus, protectione ſedis Apoſtolicæ communimus, ſtatuimus enim &c. Ego Callxtus Catholicæ Epiſcopus eccleſiæ laudans. Datum Laterani per manum Griſogoni, ſanct. Rom. Eccleſ. Card. ac Bibliothec. VIII. Kal. April. Indict. XV. Incarnat. Dominicæ Anno MCXXII. Pontificatus autem Domini Calixti ſecundi PP. Anno IIII.

XXIX.

EX ROTULO MONASTERII S. PETRI.

ANTE ANNUM MCXXIII.

Heinricus de Owon curtem ſuam cum domo & omnibus quæ ibi poſſidebat. S. Petro donavit in preſentia Domini ſui *Ducis Bertholdi tertii & fratris ejus Domini Conradi.* Audientibus quoque his liberis hominibus. Conone de Kunringen & filio ejus Conone. Walthero de Horwan. Ratzone de Riethuſen. Harperto de Wilheim. Gerungo de Alvet. Livcilino de Uſhuſen. & de familia Ducis. Conone de Blankenberc. Reginhardo de Wilare. & alijs quam plurimis.

XXX.

XXX.

EX ROTULO MONASTERII S. PETRI.

ANTE ANNUM MCXXIII.

Adalbero de Adalhuſen tale predium quale viſus eſt habere apud ipſam villam beato Petro tradidit. Aderant huic traditioni *Dominus Conradus. Frater Bertholdi Ducis.* Erkenboldus de Hahperch. Conradus de Bucheim. Erkenboldus de Vorcheim. Heinricus de Dietfort. Waltherus de Wilheim.

XXXI.

NOTITIA CONCAMBII BONORUM INTER ECCLESIAM S. PETRI ET HUGONEM DE CASTELLO MILITEM.

ANNO MCXXVIII.

Ex Rotulo San-Petrino.

Notandum diligenter & noſtratuum memoriæ commendandnm concambium quod Inter Eccleſiam noſtram & quendam militem de familia Ducis Hugonem de Caſtello cella dictum. per manum ejusdem

Domini ſui CONRADI DUCIS *& advocati noſtri* confirmatum eſt. Predium namque apud *Motrisheim* quod frater ſuus Reginboto pro ſalute animæ ſuæ cum uxore ſua. G. & filiis S. Petro donaverat. nec non & manſos ſuos apud *Stettin* quos idem Hugo poſt obitum ſuum nobis obtinendos tradiderat illi conceſſimus, nosque ab ipſo quicquid apud villam *Teiningen* à Domino ſuo Duce ſibi traditum ſeu preſtitum poſſederat. omnino nihil exceptum. in commutationem antedictorum allodiorum accepimus in eam rationem. ut ab ipſo die omni tempore habendi, tenendi, commutandi, vel quicquid de ipſis rebus ad noſtram utilitatem cupimus. liberam in omnibus poteſtatem faciendi habeamus. Quam vicariam commutationem non ſolum ipſe Hugo. verum etiam uxor ejus Guta. ſed & filius ejus Hugo confirmaverunt. Anno Dominicæ Incarnationis MCVIII. *(a)* apud *caſtrum Zaringen.* X. Kal. Apr. die veneris. preſentibus & hoc factum videntibus his nobilibus hominibns. Adalberto de Stüzzelingen. Heinrico de Hardegga. & fratre ejus. Wernhero. & aliis de Familia Ducis quam pluribus.

(a) Annus hic non quadrat cum Conrado Duce, qui a. 1123. demum fratri Bertoldo III. ſucceſſit. Suſpicamur itaque numerum vicenarium omiſſum, adeoque Chartam ad a. 1128. reponendam eſſe.

XXXII.

NOTITIA FUNDATIONIS MONASTERII BACKNANG.

Ex Chronico Mſſ. monaſterii Backnang.

Dies iſte ab inveterata obſervantia ſeu conſuetudine feſtiviori cultu celebratur ob memoriæ victorioſum triumphum ab Hermanno fratreque ſuo Rudolpho, Eccleſiæ noſtræ reparatoribus, hoc die glorioſe quondam obtentum. Cum namque anno a nativitate Domini 1116. tempore Paſchalis Papæ II. ab *Hermanno Marchione Badenſi* divinitus adſpirato in villa ſua Backenang pia fundatione fundatum eſſet monaſterium Ordinis S. Auguſtini & in honorem Dei glorioſæque virginis Mariæ, nec non ſanctorum Auguſtini, præcipue autem Pancratii martyris laudem & gloriam perennem dicatum, deinde vero A. 1134. *a filio ſuo juniore Hermanno*, tam virtutum quam nobili ſucceſſore Lothario, qui S. Bernardi Abbatis conſortio plurimum delectabatur, Romanorum faſces tenente, ampliori dotatione fuiſſet dotatum, poſteaqué ab eodem A. 1135. paternæ fundationis atque donationis primariæ traditio, in perpetuam ſubſiſtentiam, præſente Sigefrido Spirenſi Epiſcopo confirmata foret; multis abhinc calamitatibus monaſterium ipſum vexatum extitit & à ſacrilegis tyrannis nefandis auſibus miſere invaſum, ſpecialiter autem circa annum Domini 1236. principante *Hermanno* hujus nominis poſt fundatorem *tertio*, hoc idem monaſterium abirruentibus cru-

Digitized by Google

delibus devaſtatum eſſet & fere totum collapſum atque abſumptum, ita ut factioſi hujusmodi omnis humanitatis ſeu pietatis expertes ſeveriſſima immanitate in religionis etiam ipſius patres & Canonicos graſſarentur, plurimos eorundem una cum prælato præpoſito horribiliter trucidantes. Mortuo autem poſt hæc Hermanno jam dicto A. 1243. dum ſuperſtitum pupillorum *Hermanni & Rudolphi* fratrum patrii fines hoſtilibus invaſionibus ſeu incurſibns impeterentur, nonnullaque oppida & villæ intra diſtrictum marchionatus igne & gladiis latrocinando profligarentur depopularenturque, ipſi tandem hodierno die campeſtri bello viriliter decertantes expugnando hoſtes devincendo glorioſe captivarunt, haud dubium interceſſione Ephœbi ſcilicet invictiſſimi martyris S. Pancratii militum Rom. ſanguine proſtati, cujus implorato ſuffragio proeliantes votum voverunt ſuo nomine & honore perenni diruptum hoc & deſolatum monaſterium ſeſe innovando reparaturos. In hujus itaque celebrem memoriam mentibus etiam poſteriorum nullatenus evaneſcendam, dies iſte, nec mirum, ſolenniori officio agitur pro laude Dei & gratiarum actione, qui præſtita ſua virtute in manu patronorum præmiſſorum hoſtes ſtravit & jacentis monaſterii culmina pro honore S. Pancratii denuo aſſurgere & erigi fecit.

Digitized by Google

XXXIII.

COMPOSITIO INTER ABBATIAM S. BLASII ET CLERICOS SECULARES, DE BURGLENSI ECCLESIA, PER EPISCOPUM CONSTANTIENSEM CONFIRMATA.

ANNO MCXXX.

Ex Tabulario San - Blaſiano.

Odalricus, gratia Dei Conſtantienſis Epiſcopus, dilecto filio Bertolfo Abbati coenobii S. Blaſii, ejusque ſucceſſoribus regulariter promovendis, in perpetuum. Quoniam pontificalem ad hoc ſuſcepimus curam, ut quæ religioſa ſunt, & bona, propagemus; id juxta vires divinitus acceptas exequi rationis eſt. Agnoſcat igitur omnis, tam præſens ætas, quam futura poſteritas, qualiter ſervitium Dei, ipſo opitulante, in loco Burgulun auxerimus, & qualiter in eodem loco prius unius officio clerici contento monaſtica ſit inſtituta religio. Felicis memoriæ fratre noſtro Heribortone carnis ergaſtulo vocatione divina educto, Bertolfus Abbas de S. Blaſio, monachos ſuos ad eundem locum direxit, qui ibi congrua Deo exhiberent obſequia. Quæ res, quia nonnullis clericorum diſplicuit, crebras hac de cauſa querimonias in præ-

Nota. Extat hæc charta ap. Herrgott *Cod. Diplom. Genealog. Habsburg.* Num. 211, ſed mutila.

deceſſoris mei ſanctæ recordationis Odalrici Præſulis præſentia commoverunt, quas idem anteceſſor meus terminare deſideravit, ea ratione ut nec novella religionis plantatio eradicaretur, nec ex toto clericorum votis contradiceretur; ſed optata morte præventus potiri non potuit effectu. Moguntinus ergo Archiepiſcopus, pro hujus deciſione litigii ab eisdem fratribus rogatus, præcepit atque rogavit nos, ut huic rei finem imponeremus, hoc pacto; quatinus & monachorum ibi perſiſteret converſatio, & ſæcularibus miniſtraret clericus. Eapropter ſecundum præceptum petitionemque Archiepiſcopi, nec non etiam uſi conſilio fratrum noſtrorum, Heinrici de S. Udalrico, Alewici Præpoſiti de S. Stephano, Wolframi, Hugonis, Heinrici, Adelberonis, aliorumque quorumdam, Diemoni Archipreſbytero, & Herimanno Decano, negotium illud commiſimus, rogantes ac præcipientes, ut aſſumptis, quoſcunque vellent, de fratribus ſuis, rem totam, ſicut diximus, diffinirent. In villa igitur *Liela* convenientes ex parte noſtra Diemo Archipresbyter. Herimannus, Udelmarus Decani, Roſteinus de Chilichovin, Eberhardus de Scopfhein, Conſtans de Brizzinchovin, Burchardus de Liela, Otto de Badin: Ex parte Abbatis Adelbero Prior, Odalricus, Wernherus, Wipertus, Wernherus, fratres de S. Blaſio, ut ſtabilis pacis concordia inter fratres firmaretur, tale pactum inierunt; quod videlicet montem Burglon monachi cum decimis obtinerent & quicquid prædii vetus Eccleſia habuit *Bicinun, Sitzinkiſcha, Feltperch, Hertinchkein, Bamenacer*, & decimas in monte *Bicinum*; Item decimas Rinwilere præter illas quas dant mancipia S. Blaſii & S. Albani, item mancipia cum omni jure præter hoc, quod accipere debet clericus caſu ſi quis tributarius moritur. Reliqua omnia quæ fuerunt veteris Eccleſiæ, Clerico ſer-

Digitized by Google

virent & nova Eccleſia conſtitueretur *Etkingen* in prædio Sti Blaſii ad priorem Eccleſiam jam pertinenti, & hæc Epiſcopo ibidem ſervitium, quod prior exhiberet, & Parochianis eandem curam, quam & prior impenderet; in baptizando, in ſepeliendo, & in cætetis omnibus quæ juſte exigebantur a priore. Conſtitutum eſt etiam, quod Abbas pro his rebus, quæ monachis deputatæ ſunt, tantum de prædio Sti Blaſii quod ad priorem Eccleſiam nullatenus attinebat, legitimo concambio daret, quantum ſufficere viderentur, Ditmaro Archipresbytero cæterisque quorum ipſe ſuper hoc negotio uti voluiſſet conſilio. Quapropter ea, quam diximus, commutatio perpetrata eſt apud *Ekkinheim*, præſentibus & aſſenſum dantibus D. Archipresbytero Gerungo de Blanſingen, Ludewico de Ekkenheim, Joanne de Oucheim, Odalrico, Wernhero, Gerungo, Hugone, Wiperto, fratribus de S. Blaſio: Rodolfo de Badin, *advocati* Conradi ſcilicet Ducis legato. Anſelmo de Bueginin, & omnibus fere parochianis. Omnibus ergo hoc modo terminatis, cum Rex Lotharius, multique procerum, videlicet Anſericus Biſuntinus Archiepiſcopus, Bruno Argentinenſis Epiſcopus, Otto Halverſtattenſis Epiſcopus, Rodolfus Augenſis Abbas, Bertolfus Morbacenſis Abbas, Conradus Dux de Zaringin, Herimannus Marchio de Badin, aliique compluresBaſileæ conveniſſent, Diemo Archipresbyter, & Adelbero prior de S. Blaſio, ad nos accedentes rogaverunt; ut quæ facta fuerant, ab auctoritate noſtri officii vires firmitatis acciperent. Proinde nos filiorum noſtrorum quieti unitatique in poſterum proſpicientes, Mogontini Archiepiſcopi Apoſtolicique legati juſſis ac rogatui acquiescentes, auditam pacis compoſitionem epiſcopali poteſtate confirmavimus. Nulli ergo monachorum, ſeu clericorum, liceat ulterius aliquid ex his, quæ al-

Digitized by Google

teri parti debentur, ſuo juri vindicare; ſed utraque pars illis, quæ in hac ſibi conceſſa ſunt diviſione, omnino contenta permaneat. Et ut hæc noſtræ auctoritatis confirmatio incorruptum ſtabilitatis ſuæ vigorem obtineat, hanc cartam ſcribi juſſimus, propriaque manu corroborantes, imaginis noſtræ ſigillo munivimus. Si qua igitur major minorve perſona hanc noſtræ confirmationis paginam agnoſcens, hanc infringere ſeu violare attemptaverit, Divinæ pacis expers fiat; omnibus autem eam diligentibus, atque conſervantibus, & pax a Domino hic relinquatur, & pax in futuro plena donetur. Amen. Amen. Data VI. Idus Februarii, feria VII. anno ab Incarnatione Domini MCXXX. Indictione VIII. Anno Regni Lotharii V. Actum Baſileæ feliciter. Amen.

XXXIV.

DIPLOMA LOTHARII II. IMP. DATUM PRÆPOSITURÆ TURICENSI.

ANNO MCXXX.

Ex Tabulario Turicenſi.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Lotharius Tercius divina favente Clementia Romanorum Rex. Omnibus Chriſti noſtrique fidelibus, tam futuris quam preſentibus notum fieri volumus, qualiter

qualiter nos rogatu & petitione Principum noſtrorum Anſerici videlicet Biſuntienſis Archiepiſcopi, Brunonis Argentinenſis Epiſcopi, Ottonis Halverſtadenſis Epiſcopi, Bertoldi Baſilienſis Epiſcopi, Ruodulfi Augenſis Abbatis, Wigrammi Fabarienſis Abbatis, Bertolfi Morbacenſis Abbatis, Tiſintini Everardi Abbatis, *Cuonradi Ducis de Zarenche, Hermanni Marchionis de Bathen*, Ruodulfi & Vodelrici Comitum de Lentzenburhc, Sigeberti Comitis de Alſatia, Hulherici Comitis de Hegensheim, Volmari de Hunenburche, Bertolfi Comitis de Nuenburhe, Werneri Comitis de Dirſtein, jura & leges, quas Predeceſſores noſtri Reges & Imperatores Karolus & Ottones, Cuonradus & Heinrici Præpoſituræ noſtræ in honorem venerabilium Martyrum Felicis & Regulæ in loco Turego conſtructæ dederunt & privilegiis ſuis confirmaverunt, nos quoque ob ſalutem animæ noſtræ easdem leges damus & noſtro etiam privilegio confirmamus, ſcilicet ut liberam facultatem in clauſtro ſuo habeant eligendi Præpoſitum, & ut res illorum ſine dominio alicujus perſonæ liberæ ſerviant, & ut regii fiſcalini Turegienſes juſticiam, quam ab anteceſſoribus noſtris antiquitus habuerunt, firmiter & inviolabiliter teneant & undecunque velint uxores ducant & in noſtro ſervicio permaneant, & ut nulli liceat aliquem de familia illorum Tributarios ſive beneficiarios alicui in ſervitutem dare, vel aliquo modo ſubjugare. Hoc etiam firmiter precipimus, & Imperiali auctoritate ſancimus, ut advocatum nullum habeant, niſi unum, qui ſi forte aliquem alium ſub ſe locaverit, ille privatus honore ſuo Advocatia illa perpetuo careat, & ille Subadvocatus bannum a Rege vel Imperatore percipiat. Hoc etiam omnes ſcire volumus, quod idem Advocatus curtes fratrum

nullo modo intrare debet, niſi communiter a fratribus invitatus, quia de feudis & aliis rebns ejusdem Eccleſiæ, hac conditione eſt inbeneficiatus. Si quis vero forte quod abſit hujus noſtri Præcepti paginam infirmare vel infringere temptaverit, centum libras auri componat, medietatem Cameræ noſtræ & medietatem ſupradictæ Eccleſiæ & Canonicis. Ut autem hoc verum eſſe credatur & ab omnibus obſervetur, hanc Cartam manu propria corroboratam inpreſſione noſtri Sigilli inſigniri juſſimus.

Signum Domini Lotharii tertii Dei gratia (Locus Monogrammatis) Romanorum Regis invictiſſimi.

Ego Thietmarus Regis Notarius vicem Adelberti Archicancellarii recognovi.

Data VIII. Idus Februarii Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo C. XXX. Indictione VIII. Anno vero Regni Domini Lotharii tercii Dei gratia Romanorum Regis nobiliſſimi quinto. Actum Baſileæ feliciter. Amen.

Digitized by Google

XXXV.

CHARTA FUNDATIONIS MONASTERII FRIENISBERG IN HELVETIA.

ANNO MCXXXI.

Ad rerum geſtarum memoriam conſervandam, quæ pro animarum remedio devoté a fidelibus geſta ſunt, cartæ præſentis Atteſtatione fideli noſtræ poſteritatis notitiæ transmittere curavimus; Notum ergo fieri volumus tam futuris quam præſentibus, quod ego Udelhardus Comes dictus de Seedorff, & uxor mea Adleidis, laudante matre mea Chunzza obtulimus pro remedio animæ noſtræ, parentumque noſtrorum & filiorum, omnipotenti Deo, & benedictæ Dei genetrici Mariæ, liberum ac proprium juris noſtri allodium, Frieniſperg nominatum, per præſtitutos terminos, a magno lapide Griſio juxta viam, quæ dicitur Chazzunſtaga, per aſcenſum ipſius montis, totum latus verſus Orientem, per viam quæ ducit ad villam quæ appellatur Winterswilere, & a ſupradicto lapide per alium ſubjacentem collem dictum Schallenberg, quicquid infra habeo ſummitatem ipſius montis Frieniſperg contra orientem, occidentem & meridiem, ut ibi fiat Abbatia, de Ordine Ciſtercienſi, & ſicut ſolent Abbatiarum talium fundatores, dedimus eidem Abbatiæ omnia uſualia per terras noſtras, tam in plano, quam in boſco, ſive ad focum, ſive ad ædificium, paſturam omnimo-

Digitized by Google

dam tam animalibus & pecudibus, quam & porcis ipſorum; quod ſi forte damnum aliquod in pratis vel ſatis, vicinorum pertinentes ad Frieniſperg intulerint, pretium damni absque aliqua exactione reſtituetur; & ubi in nemoribus noſtris novalia fecerint, libera habeant; ſi quis etiam de hominibus noſtris vel ſe vel poſſeſſionem ſuam ſæpe dicto jam loco conferre voluerit, absque ulla contradictione poteſtatem habebit; inſuper etiam lacum poteſtatis noſtræ in marchia Sedorf ſitum, libere tradidimus, ut eo utantur, nec quisquam eos infeſtare ibi audeat, vel absque aſſenſu eorum piſcari præſumat.

Facta eſt hæc donatio omni firmitate ſubnixa, in manu Domini Chriſtiani Lucelenſis Abbatis, ejusque religioſitati credita, ut, ſicut ſupradictum eſt, Abbatia Ordinis Ciſtercienſis ibi Domino ſerviens in perpetuum conſiſtat, Anno dominicæ incarnationis Milleſimo, centeſimo, triceſimo, primo, 1131. Indictione nona, concurrente VII. Sedi Apoſtolicæ præſidente piiſſimo Papa Innocentio; Regnum obtinente Luthero. Conſtantienſem Eccleſiam Gubernante Reverendo Pontifice Udelrico. *Ducatum Burgundiæ nobiliter regente Duce Conrado.* His videlicet teſtibus duobus plebanis Meffrido de Sedorf, Hugone de Ratolfingen, Chonone de Grenechun, Ulrico de Telſperg, Immone de Liſſo, & aliis multis de noſtra familia.

Sicut igitur hæc Domino inſpirante, pro remedio totius parentelæ noſtræ, tam præcedentis quam ſubſequentis donavimus, ita ſe perpetuo maledicto noverit innodatum, qui hac qualibet machinatione infringere tentaverit.

XXXVI.

LOTHARII II. IMP. DIPLOMA PRO MONASTERIO INTERLACENSI IN BURGUNDIA TRANSJURANA.

ANNO MCXXXIII.

In nomine Sanctæ & individuæ trinitatis Lotharius divina favente Clementia tertius Romanorum Imp. Auguſtus.

Imperiali convenit Excellentiæ illorum petitioni maxime condeſcendere, qui pauperem vitam eligentes religionis cultui operam dant, pauperibus Chriſti idcirco ſua conferentes, ut per bona temporalia ſibi mercentur cœleſtia, quorum piæ intentioni cooperatores eſſe volentes, tam futuris quam præſentibus notificamus. Qualiter nos inſtinctu dilecte noſtre Richinze Imperatricis, ſuggerentibus etiam curie noſtre primatibus, Eccleſiam S. Marie virginis ſitam in Lauſanuenſi Epiſcopatu, in comitatu Burgundiæ *(a)* Interlacus *Madon* vulgaliter nominatam ſub noſtræ tuitionis Mundiburdium ſuſcepimus, ſuſcepteque noſtra Autoritate hanc contulimus libertatem, ut ab omni inveſtitura & exactione immunis, ſoli Deo quiete & libere ſerviens, domum orationis ſe ſolummodo eſſe recognoſcat. Hujus autem domus fundator Seilgerus de

(a) Burgundia Transjurana ſenſu plane ſingulari Comitatus Burgundiæ hic dicitur.

Oberhoven cum cœteris boni propoſiti cooperaroribus exiſtens: Canonicam ibidem vitam ſecundum regulam S. Auguſtini inſtituit, rogans eam dedicari in honorem matris domini & omnium Sanctorum. Volentes itaque ratum eſſe bone inchoationis propoſitum, præcipiendo jubemus ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, nulla denique magna parvave perſona, prenominate Eccleſie fratres, vel res eorum diveſtire, moleſtare, inquietare preſumat; Preterea decernimus Petitioni jam dicti Seilgeri fundatori preſate Eccleſie concedere, ut ſicut confratres ibidem Deo ſervientes, ſicut liberam de conſtituendo ſibi prepoſito habent electionem, ita etiam advocatum quem voluerint, eo pacto & jure aſſumant, ne advocatia ad heredes advocati traducatur, & tali electione a prepoſito inveſtitus, a rege etiam, ſicut juſtitia exigit, regali banno inveſtigetur, ita tamen ut penitus ea careat, ſi eis malum aliquod ab eo illatum infra terminum 40. dierum ſecundum voluntatem eorum & *Rectoris Burgundiorum* non fuerit emendatum. Si quis autem hujus noſtre confirmationis, quod non opinamur, violator extiterit, centum libras auri, medietatem Camere noſtre, & medietatem preſate Eccleſie fratribus componat. Huic etiam confirmationi idoneum adhibuimus Teſtimonium Archiepiſcoporum, Biſuntini Anſerici; Horberti Magdeburgenſis; Epiſcoporum Argentinenſis Gebehardi; Conſtantienſis Udalrici; Chunradi Curienſis; Anshelmi Havelbergenſis; Abbatum etiam Ludovici Augenſis; Berchtoldi Morbacenſis; Ducum quoque *Conradi de Zäringin;* Simonis de Lothringia; Comitum Friderici de Phirida; Friderici de Zolra; Udelhardi Hupoldi de Loupa; Præterea multi de equeſtri Ordine. Udalrici de Thuno, & fratris ſui Warnheri; Udalrici de Erlibach, Conſtantini fratris ſuis Egelolſi de

Digitized by Google

Stevensburg; Adelberti de Hurneſeildon. Quod ut verius credatur, ſigilli noſtri impreſſione preſentis decreti paginam juſſimus inſigniri.

Signum Domini Lotharii Romanorum Imperatoris invictiſſimi. (Locus Monogrammatis.)

Data Anno incarnationis Domini Milleſimo centeſimo trigeſimo tertio, VI. Idus Novembris, Indictione XI.

Anno vero regni regis Lotharii VIIII. Imperii vero primo.

Actum Baſileæ feliciter, Amen.

XXXVII.

HERMANNUS MARCHIO PRÆDIUM SUUM IN HUNINGEN ECCLESIÆ S. PANCRATII IN BAGGENANC DONO TRADIT.

ANNO MCXXXIV.

Ex Gamanſiano Mſcpt.

Notum ſit omnibus tam modernis quam poſteris, qualiter *Marchio Hermannus* ex conſenſu *Berthæ* contectalis ſuæ prædium ſuum in Pago *Huningen* ſitum in Comitatu Adelberti, quod jure hereditario poſſederat, Eccleſiæ S. Pancratii in *Baggenanc* fratribusque inibi Chriſto ſecundum regulam S. Auguſtini ſervientibus pro remedio animæ ſuæ &

uxoris ſuæ Berthæ, omniumque parentum ſuorum contradidit, duobus manſis exceptis, quos Cunrado de *Wolfesfelden* & fratri ejus Ottoni in beneficium conceſſit. Quia vero reditus præfati prædii Bertholdus de *Ingersheimb* in ſuos uſus pro quibusdam negotiis mancipaverat, ſtatutum eſt, ut ſi quando Baggenacenſis Eccleſia, ſive per ſe ſive per Marchionem de manibus prætaxati viri qualicunque pactione illud redimere poſſet, cum omni utilitate, quæ inde proveniret, libere & absque ulla contradictione poſſideret. Hæc autem traditio facta eſt anno Dom. incarnationis MCXXXIIII. Indictione XII. Lotharii Regis anno IX. Adilberto Archicancellario, regente Spirenſem Eccleſiam Sigefrido venerabili Epiſcopo, Bertholdo prædictæ Eccleſiæ Præpoſito. Aderant etiam de Congregatione, quando traditum eſt allodium, fratres religioſi & probabiles viri, qui cum cæteris aſſiſtentibus teſtimonium præbent hujus rei, Adelbertus, Henricus, Richardus, Ropertus, Drutmannus, Presbiteri, Wolpodo parochianus, Adelhohus acolitus, de Laicis tam liberis quam ſervis Bertholdus de Ingirsheimb, Conradus & frater ejus Otto de Wolfesfelden, Waltherus de Othenbrugge, Wignandus de Grecingen, Rogerus de Blidolvesheimb, Adelbertus de Merevelt &c. Hæc ſcripta ſigilli noſtri impreſſione corroboravimus, ut ſi quis ea ulterius infirmare tentaverit, auctoritate Apoſtolica & noſtra vinculo anathematis obligatum ſe cognoſcat.

Sig. Sigifridi D. gratia Spirenſis Epiſcopi.

XXXVIII.

XXXVIII.

CONRADI III. IMPERAT. CHARTA CONFIRMANS CAMBIUM BURCARDI EPISCOPI BASILIENSIS CELLÆ IN NIGRA SILVA, QUAM S. UDALRICO CESSIT.

ANNO MCXXXIX.

Ex Tabulario Abbatiae D. Petri in Nigra ſilva.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Conradus Dei gratia Romanorum Rex II. quia noſtrum eſt Religioſorum hominum dignis petitionibus aſſenſum præbere, quod benignitati noſtræ convenit, ea, quæ auterioribus temporibus ad honorem Dei laudabiliter geſta ſunt, roborare. nos precibus ſervorum Chriſti de Cella Sancti Petri quæ pertinet ad Cluniacenſem Eccleſiam, (a) quæ ſita eſt in *nigra ſilva in pago Brisgouuæ*, dignum duximus acquieſcere. qua de re Concambium illud, quod actum eſt a venerabili priore ejusdem loci, domno ſcilicet Vodalrico ejusque fratribus cum Burcardo Baſilienſi quondam Epiſcopo per legitimam Commutationem cum idoneis teſtibus per utriusque Eccle-

(a) Conf. QUERCETANI (DU CHESNE) *Bibliotheca Cluniac.* p. 1742. ubi legitur: „Prioratum de Sella, alias S. Udalrici in Nigra ſilva Diocefis Con„ ſtant. ubi debent eſſe. Priore computato, ſeptem Monachi & debent „ ibi celebrari cotidie duæ Miſſæ & debet fieri eleemoſyna bis in heb„ domoda & cotidie tranſeuntibus.

ſiæ advocatum videlicet Erluinum comitem præfatæ Cellæ defenſorem; & Seligerum eo tempore Baſilienſem advocatum, preſente & rogante Baſilienſi præſule Ortlibo — Laudamus, & confirmamus. omnique ævo inconvulſum & incontaminatum manere per Regiam auctoritatem decernimus. hac igitur noſtra confirmatione prædicti fratres certificati libere ſine omni contradictione poſſideant ea loca, quæ in eorum privilegiis ex antiqua deſcriptione continentur, nec ullius hominis infeſtatione vel querimonia perturbentur — ſi quis autem hoc tam ſalubre decretum ullatenus deſtruere attentaverit auri puriſſimi XL. libras componat, quarum partem dimidiam in fiſcum Regium perſolvat, reliquam in uſum ejusdem Eccleſiæ reſtituat. Actum M.C.XXXVIIII. dominicæ incarnationis anno apud *Argentinam.* preſentibus Reverendis Archiepiſcopis, videlicet Adalberone Trevirenſi Metropolitano, apoſtolicae Sedis legato, nec non Biſſuncienſi Archiepiſcopo, aliisque Epiſcopis, Mettenſi, Tullenſi, Herbipolenſi, Wormacienſi, preſente Duce Friderico Regis ipſius Germano, *Duce Conrado*, *Herimanno Marchione*, Comitibus quoque *Bertulſo noſtri Cenobii Advocato*, Comite Hugone, Comite Sigeberto, Comite Allwico, Comite Reinaldo, Comite Friderico, preſente Heinrico Argentinenſi advocato, Cuonone etiam de Cunringon, Erlewino de Nuenbuch, Teoderico de eodem Caſtro, Volcardo, aliisque quam plurimis viris nobilibus. Eo tempore, jubente rege, principes qui aderant, expeditionem contra Saxones Regnum commoventes juraverunt.

Signum Conradi Regis Romanorum invictiſſimi. (Locus monogr.)

Ego Arnoldus Cancellarius, vice Alberti Archicancellarii recognovi.

Digitized by Google

XXXIX.

CHARTA TRADITIONIS ECCLESIÆ IN WOLUENWILARE PER VIRUM NOBILEM, ERLEWINUM DE WOLUENWILARE, MONASTERIO S. PETRI IN NIGRA SILVA FACTÆ.

ANNO MCXXXIX.

Ex Tabulario S. Petri in Silva nigra.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis; Amen. Amen. Amen. Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris. qualiter vir nobilis Erlewinus de *Woluenwilare* obtentu divinæ propitiationis. ac ſpe præmii cæleſtis rerum ſuarum Chriſto auſpice apoſtolorum principem heredem elegit. legitima donatione inſtituit. ac præſentis kartæ karactere deſignari fecit. Qui vir ingenuus veniens ad locum qui Holzenbrugga vocatur. multis ſimul congregatis tradidit æcleſiam de *Woluenwilare* cum omni ſui juris libertate. & duas partes predii ſui quod in ipſa uilla poſſederat ſuper reliquias ſancti Petri ſine omni contradictione. cum mancipiis. uineis. agris. pratis. ſiluis. terris cultis. & incultis. aquis. exitibus. & reditibus. præſente aduocato noſtro *Comite Bertolfo* hoc in ſuam tuitionem quaſi proprium ſuſcipiente. ut ipſe uice ipſius Erlewini in majori placito. in ipſa regione congregato traderet beato Petro. & ſervientibus apud cellam Chriſto Domino. Aduocatiam autem tam ſu-

pra eccleſiam quam & predium eidem Bertolfo comiti deſtinavit & conſtituit. ac potenter aſſignavit. In ipſa autem donatione excepit unam uineam. & unam Scopozam.. Huic rei præſentes aderant in teſtimonium ipſe *Bertoldus comes.* Teodericus de *Rotenleim.* Teodericus de *Nuenburc.* Uolchardus. Eberhardus. Fridericus de haſela. Erchenbolt de Uorcheim. Waltere de Kencingen. Wern de Kencingen. Wernhere de Ueltheim. Adalbret de Eichſtat. Eberhart de Eichſtat. Eberhart de Scalſtatt. Drudewin de Waldegga. Berger de Gurtwilere. Rodolf de Mundingen. Rodolf de Gurwilere. Hiltebolt & Bernwart de Leſſingen. Conrad de Burcheim. Heinricus de Waldegga. Nibelunc de Waltershouen. Amalger & Wernhere de Nuershuſen. De hinc non longo tempore euoluto. præfatus comes Bertolfus fidei ſuæ ſponſionem ſoluens. ſicut rogatus fuerat. coram *Marchione Herimanno.* juxta uillam quæ dicitur *Oſmanningen.* multis coram poſitis. tradidit prædiċtam æccleſiam cum predio beato Petro. cum omni jure quo id præfatus miles habuerat. Hi autem præſentes fuerunt. *Herimannus Marchio.* Wezel comes de Heigerloch. *Theodericus* de *Rotenleim.* Geſſo de Ofenberk. Conradus de Suarcenberk. Geroldus de Scercingen. Adalbertus Egino de Eiſtat. Volchardus de Nuenburc. Vdalricus Hartmannus de Krocingen. Eberhart de Scalſtat. Wern. Waltere de Kencingen. Wern de Rinowe. Sigeboto de Houenwilere. Meginwart de Rimeſingen. & alii quam plurimi. Hæc autem donatio ſicut & anterior libere. & absque omni prorſus contradiċtione faċta fuiſſe dinoſcitur. Prior vero dominus Adalbertus cum fratribus ſuis. duċtu comitis. & ejusdem largitoris predium adierunt. & antiquo poſſeſſore eis cedente. & ſecedentes legitime poſſederunt. tenuerunt tribus diebus. nullo contradicente. nullo impediente. Sed & ipſe

Erlewinus una cum uxore ſua Willibirga predium in beneficium pro uno denario quotannis ſoluendo receperunt. quamdiu hoc tenere uoluiſſent. eo pacto. ut poſt obitum ipſorum æcleſiæ liberum & inconvulſum cum omni jure ſuo. remota omni controverſia permaneret.

Actum eſt hoc anno incarnationis dominicæ M.C.XXXVIIII. Indictione ſecunda. regnante Conrado rege.

Preterea ſciendum qund prædictus Erlewinus tertiam partem predii ſui in prænominata uilla ſiti. præfatæ uxori ſuæ tradidit, eique Bertolſum comitem defenſorem conſtituit. ut quicquid ipſa ſtatuere inde vellet. liberam poteſtatem ac ſacultatem obtineret. idque firmum. & ratum foret. Ipſa autem Chriſto inſpirante ſuam tertiam partem pro remedio animæ ſuæ. & omnium parentum ſuorum. per manum Bertolfi comitis de Nuenburc. præſente filio ſuo Bertolſo. eidem cenobio libere. & absque ulla contradictione tradidit. Prior autem dominus Adalbertus cum fratribus ſuis ſicut & anterius predium adierunt. ipſaque eis cedente & ſecedente legitime poſſederunt. nulloque contradicente. tenuerunt. Idem & ipſa itidem cum anteriori predio pro annuo cenſu unius denarii in beneficium recepit. eo tenore ut poſt deceſſum ejus liberum. integrum. & indiminutum juri æcleſiæ cederet. & muta omni calumnia. perpetim permaneret. Hujus rei teſtes ſunt. Volchardus Eberhardus. Teodericus de Nuenburc. *Conradus de Suarcenberc.* & filius ejus Conradus. Egino. Eberhardus. Adalbertus de Eiſtat. Eberhardus de Scalſtat. Hartleibus de Norſteten. Berwardus de Leſſingen. Wernherus de Nuershuſen. Fridericus de Haſela. Volchloo. Heinricus de Niggen.

Digitized by Google

† Ego *Herimannus Marchio* ad munimentum veritatis horum quæ vidi. & audivi ac certiſſime cognovi. præſentem kartam ſigilli mei impreſſione roborari ac confirmari feci.

XL.

CONRADUS III. IMP. ECCLESIÆ LAUSANENSIS JURA ET POSSESSIONES CONFIRMAT.

ANNO MCXLV.

Ex Ruchati Hiſt. Pagi Vaud. Mſ.

In nomine Sancte & individue Trinitatis. Conradus divina favente clementia Romanorum Rex ſecundus. Iuſtitie definitio eſt conſtantem & perpetuam habere voluntatem unicuique tribuendi quod ſibi de Jure competit: Quam virtutem cum omne hominum genus partim a natura partim inſtitutis legalibus edoctum, colere ſemper & exercere debeat precipue tamen regie dignitati congruit talem animi habitum immutabiliter induere; eis autem perſonis noſtra dignitas in omni pietatis & equitatis defenſione propenſiorem debet adhibere benevolentiam, que divinis ſincerius mancipate ſunt obſequijs, & nobis in adminiſtratione regni ſollicite agentibus & orationis munde beneficio & veracis conſilii ſubſidio & indefeſſi laboris ſtudio aſſiſtunt. Ea propter omnium tam futurorum, tam preſentium noverit induſtria, qualiter nos ob regni noſtri

firmam ſtabilitatem & anime noſtre noſtrorumque parentum perpetuam ſalutem, nec non interventu & petitione Amedei venerabilis Lauſanenſium Epiſcopi, eandem Lauſanenſem Eccleſiam ſub noſtre defenſionis patrocinio ſuſcipimus & omnes poſſeſſiones eidem Eccleſie pertinentes & nominatim, Muratum, Luſtriacum, Corbariſſam, Corſie, Cubizacha, Leuconares & quidquid *Dux Rodolfus (a)* ob multas in regnum tempore Predeceſſoris noſtri Heinrici *Imperatoris neſandas Preſumptiones, omni divina & humana lege tam vite quam rerum proſcriptus & damnatus (b)* & quicqnid ipſe ſuique infra fluvium Sarina & montem Jovis & Pontem Gebennenſem & infra montana Jurium & alpium habuerunt, cum omnibus appenditiis, ſicut in privilegio prefati Heinrici continetur. Predicto venerabili Epiſcopo & Eccleſie Lauſanenſi regia autoritate confirmanus. Preterea omnes donationes a Lamberto, qui eidem Eccleſie utcunque preeſſe videbatur de rebus Eccleſie factas viribus carere decernimus, Edicto Regali precipientes, ne aliqua perſona magna ſive parva de rebus Eccleſie Lauſanenſis occaſione donationis Lamberti quicquam retinere audeat, ſed prefatus Epiſcopus ſuique ſucceſſores omnes res illas ſine alicujus contradictionis moleſtia deinceps libere ac pacifice obtineant, & ut hec noſtra confirmatio rata & ſtabilis permaneat, hanc inde chartam ſcribi & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus, & teſtes qui preſentes aderant ſubtus notari fecimus, quorum nomina hec ſunt.

(a) Intelligitur Rudolfus Rheinfeldenſis Dux Sueviæ & Burgundiæ, Heinrici IV. Imp. æmulus.

(b) Conradi III. Imp. indignatio contra Rudolfum Anticæſ. ante 65. annos mortui, hic exprimitur.

Heinricus Moguntinus Archiepiſcopus, Albero Trevirenſis, Arnoldus Colonienſis, Burkardus Argentinenſis, Bucco Wormatenſis, Sifridus Spirenſis, Wibaldus Stabuli Abbas, Heinricus Hersveldii Abbas, Folkardus Laurizamenſis Abbas, Ruothardus Evarbatenſis Abbas, Emico Chonaugenſis Abbas, Fridericus Dux Suevorum & filius ejus Fridericus, Dethelmus Comes de Luxemburg, Emicho Comes de Lyningen, Voppo Comes de Hennenberg.

Signum Domini Conradi Romanorum Regis ſecundi.

Ego Arnoldus Cancellarius vice Heinrici Moguntini Archiepiſcopi & Archicancellarii recognovi. Anno Dominicæ Incarnationis MCXLV.. Indictione VIII. Regnante Conrado Romanorum Rege ſecundo. Anno vero regni ejus VIII. Data eſt Wormatie in Chriſto feliciter Amen.

XLI.

CONRADI III. IMP. DIPLOMA PRO ECCLESIA INTERLACENSI, CONFIRMANS JURA EJUS ET POSSESSIONES.

ANNO MCXLVI.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis; Cunradus divina favente Clementia Romanorum Rex ſecundus.

Regali convenit excellentiæ illorum petitioni maxime condeſcendere, qui pauperem vitam eligentes, religionis cultui operam dantes, idcirco

idcirco bona temporalia contemnentes, ut ſibi mereantur celeſtia; quorum pie intentioni cooperatores eſſe volentes, tam præſentibus, quam futuris notificamus; qualiter nos devote petitioni viri religioſi Lütholdi prepoſiti aquieſcentes, nec non etiam conſilio curie noſtræ & primatibus, Eccleſiam Sanctæ Mariæ Virginis, ſitam in Lauſannenſi epiſcopatu, in comitatu Burgundiæ, Interlacus Madon vulgaliter nominatam, ſub noſtræ tuitionis Mundiburdium ſuſcepimus, ſuſcepteque noſtra autoritate hanc contulimus libertatem, ut ab omni inveſtitura & exactione immunis, ſoli Deo quieté & & libere ſerviens, domum orationis ſe ſolummodo eſſe recognoſcat; hujus autem domus fundator Seilgerus de Oberhoven, cum ceteris boni propoſiti cooperatoribus exiſtens, canonicam ibidem vitam ſecundum regulam Sancti Auguſtini inſtituit, rogans eam dedicari in honorem matris Domini & omnium Sanctorum; volentes itaque firmum ac indivulſum eſſe bone inſtitutionis propoſitum, precipiendo jubemus ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, nulla denique magna parvave perſona, prenominate eccleſiæ fratres vel res, ad uſum eorum in preſenti contraditas, vel que in poſterum eidem eccleſie contradite fuerint, diveſtire, moleſtare, inquietare preſumat. Sub eadem etiam tuitione regie autoritatis fundum in Grindelwald a Schoneicce, uſque ad Alpigulum & ad glaciem inferiorem, & quartam partem fundi in Iſeltwald, prius quidem regno pertinentes, quos nos *a Duce Cunrado deliberatos, ipſo conſentiente* prenominate eccleſiæ, legitima donatione contradidimus, indisſolubiliter conſignamus, confirmantes ut *advocatiam a prefato Duce retentam* nullus ſuſcipiat, niſi quem conſenſus fratrum tali conditione eligat, ut

Digitized by Google

penitus ea careat ſi eis malum aliquod ab eo illatum, infra terminum XL. dierum, ſecundum voluntatem eorum & *rectorum Burgundiorum* non fuerit emendatum. Hoc etiam edicto regali ſtatuentes ne aliquis ſucceſſorum noſtrorum regum ſeu Imperatorum vel alia quævis perſona, hoc noſtræ donationis ſtatutum, irritare preſumat; ſuper hec, ſi quis fratribus prefate ecclefie aliquid agrorum, vinearum, ſylvarum, Alpium, pratorum, ſeu aliarum rerum ad honorem regni pertinentium, & absque tributo manentium, donaverit, a nobis in Domino Jeſu Chriſto, eorum religio dono datum habebit. Preterea decernimus, ut confratres ibidem Deo ſervientes, ſicut liberam de conſtituendo ſibi prepoſito habent electionem, ita etiam advocatum quem voluerint, eo pacto & jure aſſumant, ne advocatia ad heredes advocati traducatur, & tali electione a prepoſito inveſtitus, a rege etiam ſicut juſtitia exigit, regali banno inveſtigetur. Et ſicut preſcriptum eſt per omnia de priori Advocato, ſic erit & de iſto. Si quis autem hujus noſtræ confirmationis ſtatutum, infringere tentaverit, centum libras auri puriſſimi componat, quarum dimidiam partem Camere noſtre reliquam vero prefato monaſterio perſolvat. Et ut hæc verius credantur & omni deinceps tempore inviolata ſerventur, impreſſionem ſigilli noſtri corroboramus, & teſtes annotari, ſub quorum præſentia hæc acta ſunt, fecimus; quorum nomina hæc ſunt. Hermannus Conſtantienſis Epiſcopus, Otmarus Abbas de Rinaugia, Fridericus Dux Suevorum; Comes Detthpoldus de Berga, Comes Egeno de Vehingen, Comes Eberhardus de Kirchberg, Mangoldus de Werda, Waltherus de Lobenhuſen.

Signum Domini Cunradi
Romanorum Regis ſecundi. (Locus monogrammatis)

Digitized by Google

Ego Arnoldus Cancellarius vice Henrici Moguntini Archiepiſcopi, & Archi Cancellarii recognovi.
Data XII. Kal. Auguſti, Indictione VIIII. Anno Dominice incarnationis M. C. XL. VI. Regnante Chunrado Romanorum rege ſecundo, anno regni ejus VIIII.
Actum Ulme in Chriſto feliciter, Amen.

Nota. Donationem hanc Conradi III. Fridericus I. Imp. ſucceſſor ejus, confirmavit Conſtantiæ A. 1183. conſentiente Berchtoldo Duce. Inter teſtes leguntur Fridericus Dux Suevorum, Otto Dux Bavariæ, Comes Ludovicus Ferrettarum, Comes Hermannus de Vroburc, Comes Wernherus de Honberc & Fridericus frater ejus, Berchtoldus de Uſinberc.

XLII.

NOTITIA DONATIONIS ALLODII AD BASTOLVISWILRE MONASTERIO S. PETRI FACTÆ.

ANNO MCXLVIII.

Ex Rotulo San-Petrino.

Anno Dominicæ Incarnationis M. C. XLVIII. dedicata eſt Eccleſia S. Petri à Domino Herimanno Conſtantienſi Epiſcopo. cujus parietes jam præ vetuſtate collapſi ſunt. & cujus menia ad inſtar Conſtan-

tianæ aniculæ corruerant. ſed per Dominum Gozmannum hujus loci Abbatem. Deo juvante reſtaurata velut pulchra juvencula ſurrexerunt. cujus Dedicationis officio rite peracto. eandem ſponſam Chriſti ac ſi alteram Jeruſalem novam donatione cujusdam allodii ad *Baſtoluiswilre.* communi fratrum ſuorum aſſenſu nobiliter dotavit. Quod vir quidam nobilis Cono de Eicha vocatus. viam univerſæ carnis ingreſſurus. una cum ſervo Hiltmaro ejusque familia. S. Petro pro redemptione animæ ſuæ devotus tradiderat. ſed temporibus infelicitatis à filio ipſius H. & aliorum pravorum invaſione ſeu deprædatione a noſtra ditione exterum, & penitus abalienatum fuerat. Cui defectui jmmo inefficientiæ quidam ex fratribus noſtris Sigefridus presbyter dictus. ſe objiciens pieque ſuccurrens. utpote qui clauſtralibus utilitatibus ſive in libris ſive in cappis vel aliis hujusmodi negotiis ut debuerat ſepe profuerat. trium marcarum largitione à malignorum infeſtationibus idem allodium prorſus liberum effecit. mediante & juvante Adalberto de Scopfheim. definitum eſt hoc apud caſtrum Offinburc. audientibus & videntibus religioſis perſonis. Videlicet Domino Volmaro Abbate Hirſaugienſe. Gotefrido Genginbacenſe. Conrado Scutrenſe. itemque Conrado Swarzahenſe. & non ſolum his. ſed & aliis nobilibus viris. quorom nomina ſubſcripta ſunt. Rodolfo de Ahleſowa. Eberhardo de Sibichinſteina. ſed & de *Domo Ducis* interfuerunt iſti. Adalbertus de Scopfheim. Adalbertus & frater ejus Conradus de Stoufinberc. Sarnagal de Appinwilre. Sigihelm de Tatenwilre. Burchart de Stoufinberc. Adalbertus de Baden. & alii quamplures.

XLIII.

CHARTA DONATIONIS PRÆDII APUD ZARINGEN A GEROLDO DE SCHERZINGEN ABBATIÆ S. PETRI IN NIGRA SILVA FACTÆ.

ANTE ANNUM MCLII.

Ex Rotulo San - Petrino.

Notum eſſe Chriſti fidelibus tam futuris quam præſentibus cupimus Concambium, quod bonæ memoriæ Dominus Eppo Abbas unanimi fratrum ſuorum conſilio & aſſenſu cum Duce Conrado pro utilitate Eccleſiæ ſibi commiſſæ patravit. Predium igitur. quod apud *Zaringen* a Geroldo de Scherzingen *(a)* nobis traditum poſſedimus. *ipſi Duci* donavimus. porro idem princeps cum uxore ſua Domina *Clementia* & filiis ſuis *Conrado* & *Berhtoldo* tale allodium quale apud *Amindon* (*b*) viſus eſt habere. cum omnibus ad id pertinentibus. ſcilicet Eccleſiam una cum curte. & quicquid inibi tam in terris quam in agris. pratis. paſcuis. ſilvis. aquis. aquarumve decurſibus. cultis & incultis dici vel nominari poteſt. per manum Heinrici nobilis viri de Rinuelden reciproca viciſſitudine delegavit. Huic ratæ commutationi preter multitudinem Clien-

(*a*) Hic Geroldus anno 1115. fundavit Monaſterium Monialium in Seleden. In antiquo autem Calendario Seldenſi, & apud Mabill. *Annal. Bened.* Tom. V. fol. 694. vocatur Geraldus. (*b*) Emmendingen.

Digitized by Google

tum ſuorum qui illic aderant plurimi. nobiles viri intererant iſti. quorum nomina in rei geſtæ teſtimonium aſſcripta ſunt. Heinricus de Rinuelt. Vdalricus & frater ejus de Gammertingen. Eberhardus de Twiêla. Vdalricus de Belpa. & filius ejus Conradus. Adalgoz de Werrâh.

XLIV.

NOTITIA DONATIONIS IN SLATHA MONASTERIO S. PETRI IN NIGRA SILVA FACTÆ.

ANTE ANNUM MCLII.

Ex Rotulo San-Petrino.

Quidam homo de *Slatha.* Adelbertus dictus. IIII. manſos apud eundem locum ſitos. Beato Petro hujus loci dedit patrono. Verum quia aliqua pars ejusdem predii cenſualis erat. & quinque nummos ad Eccleſiam *Steine* per ſingulos annos perſolvebat. ideo unum agrum ſolidum perſolventem. ad eundem locum dedit. Sicque reliquam partem prædii deinceps ab ejusdem loci ſubjectione redemit. Hæc autem omnia in preſentia *Ducis C.* utrarumque Eccleſiarum Advocati patravit. quique hoc inviolata . . . . poſtmodum fore ſuo jure firmavit. Huic autem rei interfuerunt *Heinricus de Badin.* Harimannus de Chrocingen magiſter cenſuum ad Steine pertinentium. cum aliis pluribus.

Digitized by Google

XLV.

NOTITIA DONATIONIS ALLODII APUD HUSEN MONASTERIO S. PETRI FACTÆ.

CIRCA ANNUM MCLII.

Ex Rotulo S. Petrino.

Vdalricus de Aleinach tale allodium quale viſus eſt habere apud Huſen. S. Petro tradidit coram Domino ſuo *Duce Conrado.* aſtantibus & collaudantibus filiis Cononis fratris ipſius. Conrado ſcilicet atque Vdalrico interrogatu ejusdem Ducis. Hujus rei teſtes ſunt Conradus de Swarcinberc. Bertholdus de Tannegga. Cono de Kunringen. Dietricus de Rotenleim. Livtoldus de Tegeruelt. Conradus de Krenchingen. Trutwinus de Waldegga. Adalbertus de Swerza. Eberhardus de Eiſtat. Rodolfus de Bocheim. Itemque ex *hominibus Ducis* Egilolfus de Blanchenberg. Wernherus de Roggenbach. Gotefridus de Stoufen. *Heinricus de Baden.* Hiltibrant de Tonſola. Hugo de Amparingen. Reginboto & frater ejus Conradus de Oſmaningen. Gotefridus de Márhtela. Reginhardus de Brivlingen. Rodolfus de Altinchoven. Reginhardus de Veriſtat. *Conradus de Zaringen.* & alii quàm plures.

Quoniam autem rei geſtæ renovatio ſive repetitio. confirmatio dicitur. defuncto Duce C. in cujus preſentia prefatus Vdalricus hoc donarium S. Petro devotus obtulit. nepote quoque ſuo Vdalrico in

expeditione Jeroſolimitana viam univerſæ carnis ingreſſo. ipſe miles. U. cum fratre defuncti. Conr: locum iſtum adiit. & communiter parique voto ipſum allodium delegaverunt. preſente & conſentiente Domina ſua *Clementia Duciſſa:* aſtante quoque Conrado de Swarcinberc. & *de domo Ducis* quidam, qui huic facto interfuerat. Scilicet Conradus de Rinvelt. Gotefridus de Rôtwila. Gerunc de Tuttinshuſen. Bernhere de Hericheswilare. Heinricus de Scopfheim. Reginboto de Slatta. Waltherus de Tahſwane. Reginhardus de Valchenſteina. Reginboto de Oſmaningen. Cono de Opſingen. *Conradus. de Zaringen.*

XLVI.

NOTITIA TRADITIONIS PRÆDII APUD BIKKENSOLA MONASTERIO S. PETRI FACTÆ.

CIRCA ANNUM MCLII.

Ex Rotulo San-Petrino.

Quidam miles de familia Ducis nomine Cono de Opfingen dictus. tale predium quale apud *Bikkenſola* viſus eſt habere. beato Petro hujus loci dedit patrono. Hac tamen interpoſita ratione. Si ei ex legitima conjuge filius non naſceretur. Hanc autem traditionem per annualem Denarij unius cenſum in feſto St. Martini dandum roboravit.

nam

Digitized by Google

nam idem predium ſibi quoadusque vitales carperet auras, concedi per eundem cenſum rogavit. preſente & annuente Domina ſua *Clementia* Duciſſa. Conrado quoque de *Swarcinberc*. Eccleſiæ Waltchilichæ advocato. aſtantibus etiam & hoc atteſtantibus pluribus *de domo Ducis*. ex quorum numero pauca nomina ſubſcripta ſunt. Conradus de Rinſelden. Odalricus & fratruelis ejus Conradus de Aleina. Gotefridus de Rotwila. Heinricus de Scopfheim. Gerunc de Tittinshuſen. Reginboto de Oſmaningen. Reginhardus de Valchenſteina. Reginboto de Slatta. *Conradus de Zaringen*.

XLVII.

EXCERPTA EX BERTOLDI IV. DUCIS ZARING. CONFIRMATIONE FUNDATIONIS MONASTERII S. PETRI IN NIGRA SILVA.

ANNO MCLII.

Ex Schannati Vindem. liter. Collect. I. p. 162.

Notum vobis facimus, qualiter *Dux Bertholdus* hujus nominis *quartus*; *Ducis Conradi filius*, in feſto Sanctorum Marcellini & Petri, ad hoc Monaſterium a Parentibus ſuis in honore beati Petri Apoſtoli inſtitutum venit devotus, eique omne Jus, quod a Progenitoribus

ſuis poſſederat, in manum Domini Gotzmanni hujus loci Abbatis, dextera ſua contulit & firmavit munificus: primum autem hujus donationis fuit exordium, nunquam aliquem inter ſe huic Cellæ præponere Advocatum, illudque conſtituit deinceps manere inviolatum. Addidit etiam idem Dux Cænobitis iſtius Monaſterii Munus, ſcilicet ut quicunque ex Clientibas ſuis, vel etiam familia ſanus ſive infirmus nec non in noviſſima hora conſtitutus ad hoc Monaſterium converſionis gratia vellet venire, aut de allodiis ſuis, ſive alijs quibuscunque rebus, Chriſto inibi ſervientibus quicquam conferre, absque omni contradictione faceret, nec ſuam ulterius ſuper hac re licentiam quæreret. Hæc non ſolum pater ipſius & patruus egerant, verum etiam avus ejus cum conſilio & auxilio fratris ſui Domini Gebhardi Conſtant: Epiſcopi devotiſſime fecerat. Præterea *Domina Clementia mater ejusdem Ducis* primitus, monitu Domini Herimanni prædictæ Conſtant: Eccleſiæ Præſulis in ſepultura mariti ſui Ducis Cunradi cum conſenſu filiorum ſuorum videlicet Rodolfi, Adilberti, Hugonis hæc eadem nobis conceſſerat, atque in perpetuum illibata fore firmaverat. Facta ſunt autem hæc tempore Domini Papæ Eugenii ſub Rege Friderico. Anno ab Incarn. Domini MCLII. IV. Non. Iunij Indict. XV. in choro S. Petri &c.

XLVIII.

EXCERPTA EX FRIDERICI I. IMP. DIPLOMATE QUO MONASTERIO S. ALBANI POSSESSIONES ET JURA SUA CONFIRMAT.

ANNO MCLII.

Ex Cod. Mſ. Urſtis.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis! Fridericus Dei gratia Romanorum Rex Auguſtus &c. In ipſa Civitate parochiales Eccleſias S. Albani & S. Martini, ſicut fluvius Birſicus determinat: Eccleſiam de *Büſſesheim*, cum capella de *Cunheim* & cum reliquis appendiciis ſuis, in villa, quæ dicitur inferior Baſilea, Eccleſiam cum ſuis appendiciis, Eccleſiam de *Hagendorf*, Eccleſiam & villam de *Appenviler*, cum earum pertinentiis, *Lörrach* cum Eccleſia & omnibus ſuis appendiciis tam in vineis, quam in agris, pratis & ſylvis; Eccleſiam de *Houwingen* & Eccleſiam de *Chandro*. Eccleſiam de *Euſcheſingen* cum omnibus earum pertinentiis. Sylvam, quæ ſita eſt juxta S. Albanum, molendina in ripa Birſæ cum aqua omnibus ejusdem molendinis ſufficiente, & cum pratis & agris adjacentibus, decimas in villa, quæ dicitur, *Huningen*, *Rinwiler*, *Amparingen*, *Leichdencoven*, *Habenkeſen*, *Guzwiler*, *Sierenze*,

N 2

Nota. Extat quoque in Urstisii *Epitome Hiſt. Baſil.* Germanice edita pag. 415.

in villa, quæ dicitur *Weſthalda*, curtem unam cum vineis, *Morſwiler*, *Uſheim*, *Rameſpach*, *Michelembach*, *Obervilre*, *Bratella*, *Gelterchingen*, *Durnen*, *Hülnſtein*, *Metten*, *Bladolzheim*, *Binningen*, *Magſtat*, *Hutingen*, cum omnibus ſuis appendiciis &c. Teſtes autem in quorum præſentia hoc ſcriptum fieri mandavimus, ſunt hi: Hermannus, Ep. Conſtantienſis, Ortliebus Ep. Baſilienſis, Arditio Ep. Cumanus, Dux Welfo, *Bertholdus Dux Burgundiæ*, Odoacer Marchio de Stira, Ulricus Comes de Lenzburg &c.

Datum apud Ulmam, IIII. Kal. Auguſti, A. Dom. Incarnat. M.C. quinquageſimo ſecundo, Indictione XV. regnante Friderico rege glorioſo, Anno vero regni ejus primo.

XLIX.

CHARTA CONCAMBII BONORUM INTER ABBATIAM S. PETRI ET BERTOLDUM DE RIETHEIM FACTI.

POST ANNUM MCLII.

Ex Rotulo S. Petrino.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quam preſentibus. quod Concambium quoddam cum Bertholdo de Rietheim fecimus. Siquidem quatuor ei manſus ad *Aſcheim*, & unum apud *Vilingen* ſitum

dedimus. allodiumque ipſius apud *Houſin* viciſſim ſuſcepimus. Hujus vero rei pactio in *villa Vilingen* dicta, taliter eſt facta, ut quicunque eam interrumperet, XX. talenta *Duci Bertholdo* tribueret. In hac pactione aderant teſtes idonei. in hac pagina ſubſcripti. Conradus de Rondiſtal. Bertholdus. Sigeboto. Wernherus. Eberhardus de Vilingen. Sigefridus de eadem Villa. & frater ejus Rodolfus de Aſcheim. Poſt hoc autem eandem pactionem Burchardus de Berno cum conjuge ſua Ludinta. matre videlicet ſupradicti militis firmavit. atque quicquid ſui juris in eodem allodio videbatur eſſe. apud Pregin ſuper Reliquias Sanctorum illorum allatas dedit. his ita geſtis. tandem eadem cauſa apud *Friburc* in preſentia *Ducis Bertholdi*, hujus Monaſterij advocati terminatur. & per ejus manum. allodium jam ſati militis nobis delegatur. noſtrumque predium illi in poſſeſſionem donatur. Hujus rei nobiles viri affuerunt, qui hanc viderunt, & audierunt. *Adelbertus frater Ducis Bertholdi.* Bertholdus de Lowinſtein. Wernherus de Horinberc. Diethericus de *Rotinleim.* Item iſti *de Clientibus Ducis* affuerunt. Wernherus de Roggenbach. Conradus de Stouphin. Burchardus de Tonſul. Conradus de Rinuelden. & frater ejus Gerhardus cum alijs perpluribus. hæc videntibus & audientibus. Quidam vero miles Burchardus vocatus. ejuſdem predij Dimidium manſum in eadem villa ſitum. & dimidium manſum apud Velchilicha poſitum. a ſupradicto milite Burch. de Berno in beneficium ſuſceperat. quoadusque viveret. Huic quoque IIII. marcas. excepto uno quadrante dedimus. & prædictos manſus ab eo in pignus ſuſcepimus.

N 3

Deinde ſupradictus miles Burchardus alteram dimidiam partem manſi, qui apud Velchilicha ſitus eſt nobis cum Domino ſuo Bertholdo de Rietheim dedit. & tres marcas absque uno quadrante a nobis accepit. Huic rei interfuerunt. Landoldus de Harthuſin. Adelbertus & Nartwic de Huſin. & alter Adelbertus de noſtra Familia.

L.

FRIDERICUS I. IMP.ˢ CONFIRMAT DONATIONEM CURTIS BESIGHEIM MARCHIONI BADENSI HERMANNO III FACTAM A VIDELBERTA ABBATISSA IN ERSTEIN.

ANNO MCLIII.

Ex Autographo Tabularii Bada - Badenſis.

In nomine Sancte & individue Trinitatis, Fridericus divina favente clementia Romanorum Rex Auguſtus.

Regia dignitas reipublice ſecundum veterum cenſuram. bene & congruè conſulit, ſi, quod multorum fidelium affectio deſiderat, perpetuo memoriali ſtabilire curabit. Quocirca omnium tam futurorum quam preſentium ſolers noverit induſtria, qualiter tota eccleſia in Erſtein Videlberta Abbatiſſa cum ceteris ſororibus ſuis nec non Clericis ac Laicis atque totâ familiâ curtim *Baſincheim* jam dicte eccleſie à pie me-

morie Agneta Imperatrice contraditam coadunata manu per manum noſtram & *Hugonis Comitis de Tagesburch* ejusdemque eccleſie Advocati, fideli noſtro *Hermanno marchioni de Baden* cum omni jure, quo prefata eccleſia poſſederat, libera & legitima donatione contradidit, cum omnibus ſcilicet appenditiis, hoc eſt mancipiis utriusque ſexus, areis, edificiis, agris, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, venationibus, terris cultis & incultis, aquis aquarumve decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, exitibus, reditibus, viis, inviis, queſitis & inquirendis, omnique vtilitate, que exinde provenire poterit. eo etiam ordine ut ſicut memorate eccleſie Abbatiſſa liberam poteſtatem inde habuit, ſic & predictus Hermannus marchio habeat liberam poteſtatem tenendi, tradendi, commutandi, precariandi, vel quicquid ei placuerit, faciendi. Et ut hujus legitime donationis tradicio prefato Hermanno marchioni rata & inconvulſa omni tempore permaneat, preſentem paginam exinde conſcriptam regia auctoritate firmamus, & ſigilli noſtri impreſſione comunimus, adicientes, ut nullus ſucceſſorum noſtrorum Regum ſeu imperatorum magna parvave perſona eam infringere preſumat. ſed omni contradictione remota legitima donatione libere poſſideat. teſtes quoque interfuerunt, quorum nomina ſubternotata cernuntur. *Burchardus Argentinenſis epiſcopus.* Conradus frater noſter, *Sibertus comes de Frankenneburch. Wernerus comes de Hauegesburch.* Bertoldus Comes de Nuenburch. *Anſelmus Argentinenſis advocatus.* Hugo comes de Thrungeti. Ludewicus comes de Werdeneberch.

Signum Domini Friderici (Locus monogramatis) Romanorum Regis invictiſſimi.

Digitized by Google

Ego Henricus Notarius vice Arnoldi Moguntini Archiepiſcopi & Archi Cancellarii recognovi.

Datum *Erſtein* iiij. idus jvllij anno dominice incarnationis MCLIII. indictione prima regnante Domino Friderico Romanorum Rege glorioſo Anno II. Regni ejus IIdo.

LI.

EXCERPTA EX CHARTA BERTOLDI IV. DUCIS, QUA JURA SUA IN CIVITATEM VIENNENSEM GUIGONI DALPHINO DIMITTIT.

ANNO MCLV.

Ex Valboney *Hiſtoire de Dauphiné* Tom. II. pag. 255.

B*ertholdus* divina favente Clementia *Dux Burgundiæ* dilecto ſuo Guigoni Dalphino Albonis Comiti ſalutem &c. Quicquid juris ex prædeceſſorum meorum ſucceſſione ſeu Regum conceſſione in civitate Vienna habere videor, tibi tuisque heredibus donavi, & imperpetuum habere conceſſi. Pepigi etiam firmiter, quod ſi Guillelmus Comes ſuper hoc te in aliquo lædere attemptaverit, me usque adeo cum eo guerram habiturum; donec prædict. civitatem in pace te habere libere & abſolute

abſolute faciam. Tu vero hominium faciens verſa vice promiſiſti, quod quotiescunque mihi neceſſitas incubuerit me in eadem civitate decenter recipias. Hæc donatio apud Rivarolum coram Domino Friderico Romanorum Rege & coram Principibus ſuis eodem aſſenſum præbente & confirmante facta eſt &c. Actum eſt hoc anno Dominicæ Incarnationis MCLV. Ind. III. Regnante Dom. Friderico Romanorum Rege glorioſo, Anno Imperii ejus III.

LII.

FORMULA JURISJURANDI QUOD BERTOLDUS IV. DUX ZARINGIÆ PRÆSTITIT UT ADVOCATUS LAUSANENSIS ECCLESIÆ.

ANNO MCLVII.

Ex Chartulario Lauſanenſi fol. 98.

Hæc ſunt Capitula, que *Dux Bertulfus* juravit Epiſcopo Amadeo & ſucceſſoribus ejus.

Quod liberam permitteret fieri Electionem in Lauſanenſi Eccleſia. Quod nihil eorum, quæ à manu Epiſcopi tenebantur ſibi acquireret. Quod ea quæ Eccleſia Lauſanenſis perdiderat & quæ à longo tempore erant alienata bona fide pro viribus juvaret recuperare. Quod ad villas Eccleſiæ non irent ſui pro pabulo & cæteris neceſſariis, nec ibi hoſpitaretur, quod nec in Palatio Epiſcopi nec in Domibus Clericorum vel militum hoſpitaretur, nec inde per violentiam quicquam auferret.

Digitized by Google

LIII.

BERTOLDI IV. DUCIS ZARINGIÆ PRIVILEGIUM MONASTERIO ALTÆ RIPÆ CONCESSUM.

ANNO MCLVII.

Ex Chartulario Abbatiæ Altæ ripæ.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus, quod ego *Bertolſus Dux & Rector Burgundiæ*, pro ſalute anime mee Venerabili Girardo Abbati Alteripe fratribusque ibidem Deo ſervientibus eorumque ſucceſſoribus donavi eis omne genus tributorum per totam terram meam & dominium meum, decrevi igitur & preſentis pagine ſcripto firmavi, ne quis in tota poteſtate mea ab eis, nec ab aliis ejusdem ordinis fratribus Pedagium occaſione transeundi vel Thelonium, quod cauſa venundandarum rerum jure fori ſolet accipi exigat. Omnia enim hujusmodi jura eis remiſi. Actum eſt hoc anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo ſeptimo. Amadeus Epiſcopus Lauſanenſis teſtis, Uldricus de Font Canonicus Lauſanenſis teſtis, Otto Decanus de Criſſei teſtis, & Emmo de Gareſtein advocatus Lauſanenſis teſtis, Friderico Rege regnante feliciter.

Chartæ huic appendet ſigillum, quod exhibet Leonem a dextra ad ſiniſtram ſalientem cum epigraphe: *Berchtoldus Dux Zeringie & Burgundie Rector.*

LIV.

BERTOLDI IV. DUCIS ZARINGIÆ LITERÆ PROTECTIONIS, ABBATIÆ ALT CREST ORDINIS CISTERCIENSIS IN EPISCOPATU LAUSANENSI, DATÆ.

CIRCA ANNUM MCLX.

Ex Ruchat Hiſtoria Vaudi Mſpt.

Berchtoldus Dei Gratia Dux & Rector Burgundiæ univerſis in ſua poteſtate conſtitutis ſalutem. Princeps gladium juſté tum demum portat, ſi ad defenſionem Eccleſiarum, preſertim earum, que ſub religione artiori vita Deo ſerviunt, manum protectionis extendere non omittat. Inde eſt quod Abbatiam de *Alt Creſth (a)* de ordine Ciſtercienſi in Epiſcopatu Lauſanenſi in tutelam noſtram cum univerſis rebus ſuis accepimus, mandantes omnibus in poteſtate noſtra conſtitutis, ut

(a) Alta Criſta, Hautcreſt, Ocreſt. Monaſterium bihorio diſtans Vibiſco (Vevai) ad Lacum Lemannum, quod A. 1536. in Bernenſium ditionem pervenit, ſeculoque addictum. Ruchat *Abregé de l'Hiſt. Eccl. du Pays de Vaud.* pag. 36.

tam preſati loci fratribus quam rebus eorum firmam pacem teneant. Si quis vero forté Ciſma eis obitiat, noverit, quod querelam iſtam ex parte Domini Imperatoris eis remiſimus, & ſecuros & immunes ab hac inquietudine toto tempore Ciſmatis eas conſtituimus. Quod ſi quisquam contra hoc noſtre tuitionis munimen de rebus eorum quicquid auferre preſumpſerit, niſi clericus reſtituat, inimicitiam noſtram incurriſſe ſe noverit.

Nota. Leu in *Lexico Helvet.* Part. IX. pag. 513. literas has protectorias Bertoldi ad A. 1157. poſuit.

L V.

ORIGINES ABBATIÆ TENNEBACENSIS.

ANNO MCLXI.

Ex autographo abbatiæ Tennebacenſis.

Anno ab incarnatione Domini M. C. L. X. primo venit Abbas Heſſo de Frienisberch cum duodecim Monachis ad locum, qui dicitur Tennibach, cujus fundum emerunt cum quibusdam prediis adjacentibus, id eſt, Labirn & Brettenhart & Mutirſtegin, & duo feoda Musbach cum omnibus appendiciis ſuis, & ut libere ligna ſuccidant ad

Digitized by Google

uſus eorum neceſſaria in ſilva Muterſtegen, que ad Musbach pertinet, & pertinentiis ſuis cum aquis & aquarum decurſibus, agris, ortis, pratis, pomeriis, ſilvis, paſcuis, cultis & incultis, piſcationibus. Emerunt autem à nobili viro Cunone de Horwin, qui liber ut erat, libere eis contradidit, coram *Marchione Hermano in Caſtro Hahberc* pro XXX. Marcis & mulo, ſicut ante in preſentia *ducis Berhtoldi*, ipſo mediante & *ſigillo ſuo confirmante* concluſerant pactum. Teſtes autem hujus facti ſunt. Comes Berhtoldus de novo caſtro. Burchardus de Vſenberc. Cunradus & Wernherus Advocati de Swarcinberch de Valckenſtein duo fratres Germani. Waltherus & alter Wernherus de Roggebach. de Stouphen. Gotfridus de Schophſein. Berhtoldus. Marſcalcus. Myniſteriales Marchionis. Wolpoto. Herman mile. Wernherus Sturmere. Hartmuot de Keppenbach, Cunradus de Alzina. Burchardus de Tonſul & alii quam plures fide digni.

Nota. Appenſum chartæ ſigillum Bertoldi IV. Ducis, Rectoris Burgundiæ.

Waltherus de Horwen inter teſtes legitur chartæ Petrinæ A. 1112. ap. Schannat. *Vindem. Liter. Collect. I.* pag. 160.

LVI.

BULLA ALEXANDRI III. PAPÆ CONTRA BERTOLDUM IV. DUCEM ZARINGIÆ ALIOSQUE SPOLIATORES MONASTERII S. ALBANI.

ANNO MCLXVIII.

Ex Bibliotheca Huberiana Baſileæ.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto fratri Epiſcopo Baſilienſi omnique venerabili choro ejusdem eccleſie ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ex gravi conqueſtione Kariſſimi filii noſtri Abbatis Clun. fratrumque ſuorum de S. Albano cognovimus, *quod Dux B. de Zæringen* eccleſiam cum decimis & curte cum hominibus ad ea pertinentibus de *Agendorf* quam irrefragabiliter LX. annis fratres Albani tenuerunt violenter auferre preſumit & Heinricus filius Friſonis & Suffraganei illius contra voluntatem prioris in eadem eccleſia divina illicite celebrant. vel plebanus de Lagelen & Herenfre filiique ejus de Columbaria eccleſiam de Appenwilre contra eccleſiam iudicium Archiepiſcopi Biſuntini & mandatum legati noſtri Q. injuſte tenent & conferunt. Concanonicus filius R. divitis decimam quam fratres diu in pace poſſederunt preſumtuoſe invaſit. Comes Here de Froburg aquam videlicet ipſorum Birſam nuncupatam a molendinis S. Albani quod predeceſſores ſui non fecerunt injuſte conatur auferre. Tu & frater ejus Ru. de Rameſtein aput Briſilaco & Waltenen quoddam predium S. Albano auferunt

dicitur de Bruca, & coadiutores illius unum curale volunt auferre. B. miles de Baſilea & multi alii qui cenſus preter voluntatem illorum retinent. R. Worant. boues S. Albani abſtulit & frater illius qui eosdem in ſua poteſtate recepit & alii qui predas illorum emunt vel retinent & Hu. de Etwilre ſimiliter quosdam boues illorum abſtulit, pro quibus fidejuſſor O. de Hegelingen extitit ſed fide fracta non reddidit: Hen. de Haſenburg. Har. de Uſſen. Bur. de Sunenb. homines S. Albani ceperunt & eis bona ſua abſtulerunt. Berchta. vero uxor. B. de Wilſp. aufert aput Cözingen unum allodium & Hele de Winſilingen aliut in eadem villa de Winſ. Alb. de Faſen. & fratres ejus unum caſale volunt injuſte auferre. Rex de orto III. lib. pro quadam elemoſina fratribus fide data laudavit ſed non reddidit. Heinricus magiſter cecorum pro VI. lib. quas O. uillicus de Büſſensh. de ſuperiore altare. ut ſacrilegus abſtulit fide data obſtagium ſecerunt, ſed minime tenuerunt. Lu. de Haſenburg & alii advocati S. Albani iniuſtas exactiones & iniquas collectas in hominibus exercent & quod intollerabilius eſt terram illorum in ſeodis aliis preſtant & non ad juſticium ſed rapinam ſaciendam hoſpitando homines deſtruunt & contra voluntatem prioris inuadunt. Quare igitur diverſis ac multis occupati negotiis de ſingulis eorum querimoniis veſtre fraternitati ſcribere non poſſumus, uobis per hec apoſtolica ſcripta firmiter precipimus, quatenus noſtra authoritate omnes ſupradictos *præter ducis perſonam* excommunicatos, ſed eccleſias in *ducatu illius* & poteſtàte aliorum conſtitutas ſpecialiter eccleſiam de *Hagendorf* de Iagelh. de V̈tingen excepto baptiſmo & viatico in fine interdictas & plebanos ac ſuffraganeos earum ſi cont. tempore. cantauerint ab ordine ſuo depoſitos in ſynodo & capitulo ac eccleſiis univerſis accenſis candelis ſolemniter denuncietis. donec ab-

lata cum fructibus inde acceptis & eſtimatione damni reſtituant ac reſtituta in pace dimittant. Reſtitutione autem facta ſi de iure litigare voluerint iudicio veſtre diſcretionis omni appellatione ac contradictione ceſſante determinanda canonice committimus archipresbyteris decanis ſacerdotibus per obedientiam mandamus ut ubicunque in poteſtate illorum predenominati Sancti Alb. vel ſupradicti excommunicati fuerint, ſententiam excommunicationis ac eccleſiarum Interdictionis inflexibiliter teneant & obſervari faciant. Datum Lateran. II. Idus Marcii.

LVII.

CHARTA SENTENTIÆ BERTOLDI IV. DUCIS ZARINGIÆ UT ADVOCATI MONASTERII STEIN.

ANNO MCLXIX.

Ex Tabulario Capituli D. Petri Baſileæ.

Rerum dubietate emerſa fineque legitimo deciſa ne rurſum reſiliant ambiguitati quæ me coram geſta ſunt ſcripto placet inferi & noſtro ſigillo muniri. Quæ enim nituntur juſticia ſtare debent immota juſto munimine digna. Vniverſis igitur iſta legentibus perſpicuum eſſe volumus quod ego *Bertolfus Dux & Rector Burgundiæ* pro injuria eccleſiæ de Stein illata, cujus advocatus ſum, cum abbate ejusdem loci domino Burcardo gravem me tam (*a*) judiciali ordine præſidente mouimus

(*a*) Forte legendum *tanquam*.

mouimus querimoniam in viros quoſdam de Chilheim conditione liberos videlicet Adelgotum, Luipoldum & eorum complices quod jus fundationis trium eccleſiarum ſcilicet *Chilheim, Einmutingen, Matro,* (*a*) ſuo mancipaſſent dominio quas tenore antiquitatis præfatam abbatiam ditioni ſuæ cum dominio fundatorio ſubegiſſe aſſeruimus. Quod illis infitiantibus ſeque a multis retro temporibus poſſediſſe aſſerentibus lege judicii ad probationem ſunt conſtricti feriem igitur rei prout dixerant ſeptem idoneis teſtibus licet me renitente comprobabant. Vt autem hæc illis de cætero inviolata permaneant judiciali auctoritate roboramus & ſigillo noſtro commmunimus. Facta ſunt autem hæc anno ab incarnatione domini milleſimo centeſimo ſexageſimo nono indictione prima epacta prima concurrentibus II. his aſtantibus ac comprobantibus domino Heinrico de Larga Odelrico de Pincheim Cunrado de Baden Bertolfo de (*b*) Agrigrin Werhero Cunrado Burcardo de Blanſingin Heberardo Rudolfo Theoderico de Gupho (*c*) Volmaro de Utenachir Lutoldo Starholfo Adelberto de Rudelicon Arnoldo de Efringen.

Præterea interfuere religioſi viri communicato quorum conſilio rite hæc peregimus videlicet dominus Guntrammus decanus cum confratribus ſuis ſacerdotibus Friderico Werhero Cunrado Adelberto Harwigo Cunrado aliisque plurimis, qnos enumerare ſuperfluum duximus.

(*a*) *Kirchen*, *Eimeldingen*, & *Mærckt*.

(*b*) Forte Eggringen.

(*c*) Hodie *Gupf* prope Tannenkirch.

Nota. Abbatia de Stein (Monaſterium S. Georgii in Stein) cnm Abbatia Petershuſana Civitatis Conſtant. hodie conjuncta, ſita eſt ad Rhenum inter Conſtantiam & Schaphhuſium urbes. Vid. Charta ap. HERRG. *Geneal. Habsb.* T. II. ad A. 1240. Conf. BUCELINI *Germania ſacra* Part. II. p. 84.

LVIII.

FRIDERICI I. IMP. DIPLOMA PRO ECCLESIA INTERLACENSI.

ANNO MCLXXIII.

In nomine Sancte & Individue Trinitatis. Fredericus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Imperiali convenit excellentie, illorum petitioni maxime condeſcendere, qui pauperem vitam eligentes, religionis cultui operam dantes, idcirco bona temporalia condemnantes, ut ſibi mereantur celeſtia, quorum pie intentioni cooperatores eſſe volentes, tam preſentibus quam futuris notificamus; Qualiter nos devote petitioni viri religioſi Theoderici prepoſiti aquieſcentes, nec non etiam conſilio curie noſtre & primatum, Eccleſiam ſancte Marie virginis, ſitam in Lauſanenſi Epiſcopatu in comitatu Burgundie, Interlacus Madon vulgariter appellatam, ſub noſtre tuitionis Mundiburdio ſuſcipimus, ſuſcepteque noſtra autoritati hanc contulimus libertatem, ut ab omni inveſtitura violenta perſone cujuslibet, & exactione immunis, ſoli Deo libere atque quiete ſerviens, domum orationis ſe ſolummodo eſſe recognoſcat. Hujus autem domus fundator Seilgerus de Oberhoven, cum ceteris boni propoſiti cooperatoribus exiſtens, Canonicam ibidem vitam ſecundum regulam ſancti Auguſtini inſtituit, rogans eam dedicari in honorem matris Domini & omnium Sanctorum. Volentes itaque firmum & indivulſum eſſe bone inſtitutionis propoſitum, precipiendo jubemus

ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, nulla denique magna parvave perſona prenominate Eccleſie fratres, vel res ad uſus eorum in preſenti contraditas, vel qui in poſterum eidem Eccleſie contradite fuerint, diveſtire, moleſtare, inquietare preſumat, ſub eadem etiam tuitione regie autoritatis, fundum in Grindelwald a Schoneicca usque ad Alpigulum & ad glaciem inferiorem ad quartam partem fundi in Iſeltwald prius quidem regno pertinentes, quos predeceſſor ac patruus noſter Cunradus rex felicis memoriæ a Duce *Cunrado de Zäringen deliberato ipſo conſentiente* prenominate Eccleſie legitima Donatione contradidit, indiſſolubiter conſignamus, confirmantes ut *advocatiam a prefato Duce retentam* nullus ſuſcipiat niſi quem conſenſus fratrum tali conditione eligat, ut penitus ea careat, ſi eis malum aliquod ab eo illatum infra terminum 40. dierum ſecundum voluntatem eorum & *rectoris Burgundie* emendatum non fuerit. Hoc etiam edicto Imperiali ſtatuentes ne aliquis ſucceſſorum noſtrorum regum, ſeu Imperatorum vel aliqua quævis perſona hoc noſtræ donationis ſtatutum irritare preſumat. Super hæc ſi quis fratribus preſate Eccleſie aliquid agrorum, vinearum, Alpium, pratorum, ſeu aliarum rerum ad honorem regni pertinentium & absque tributo manentium donaverit, a nobis in Domino Jeſu Chriſto eorum religio dono datum habebit. Preterea decernimus ut confratres ibidem Deo ſervientes, ſicut liberam de conſtituendo ſibi propoſito habent electionem, ita etiam advocatum quem voluerint, eo pacto & jure aſſumant, ne advocatiæ ad heredes advocati traducatur, & tali electione a propoſito inveſtitutus, a regali, ſeu imperiali munificentia, ſicut juſtitia exigit, regali banno inveſtitatur, & ſicut preſcriptum eſt, per omnia de

priori Advocato, ſic erit & de iſto. Si quis autem hujus noſtræ confirmationis ſtatutum infringere tentaverit, 100. libras auri puriſſimi componat, quarum dimidiam partem Camere noſtre, reliquam vero prefato Monaſterio perſolvat. Et ut hæc verius credantur, & omni deinceps tempore inviolata ſerventur, impreſſione ſigilli noſtri corroboramus & teſtes adnotari, ſub quorum preſentia hæc acta ſunt, fecimus. Quorum nomina ſunt hæc. Ludovicus Baſileenſis Epiſcopus, Diethelmus Augienſis, Conradus Morbacenſis, Abbates; *Berchtoldus Dux de Zäringen*, Rudolfus Comes de Fullendorf, Artmannus Comes de Chyburg, Uldricus frater ejus, Waltherus de Eſchybach, Waltherus de Ibere, Waltherus de Hunberg, & alii quam plures.

Signum Domini Friderici Romanorum Imp. inviĉtiſſimi. (Locus monogrammatis.)

Ego Godefredus Cancellarius vice Chriſtiani Maguntuni Archiepiſcopi, Archicancellarii recognovi.

Acta ſunt hæc Anno Dominice incarnationis M. C. LXXIII. Indictione VI.

Regnante Domino Friderico Romanorum Imp: glorioſiſſimo Anno regni ejus 21. Imperii vero 19.

Data apud Caſtrum Lenceburg X. Kal. Martii. feliciter Amen.

Digitized by Google

LIX.

SENTENTIA HENRICI EPISCOPI ARGENT. DE REGALIBUS EPISCOPO LAUSAN. PER DUCEM BERCHTOLDUM NOMINE CÆSARIS NON CONFERENDIS.

ANNO MCLXXIV.

Ex autographo.

Heinricus Dei gratia Argentinenſis Miniſter humilis. Reſidentibus nobis in preſentia Domini noſtri Imperatoris cum aliis Epiſcopis & Confratribus noſtris, conſidentibus etiam multis Baronibus — Dominus Rogerius Lauſanenſis Epiſcopus de ipſo Imperatore querimoniam depoſuit, dicens, quod ipſe Dominus Imperator tempore Haimedei Epiſcopi Anteceſſoris ſui, dignitatem ipſius Lauſanenſis Eccleſiæ in tantum diminuerat, quod cum Lauſanenſes Electi a ſola manu Imperiali regalia accipere ſemper conſueviſſent & deberent, ipſe Dominus Imperator Jus ſuum in regalibus concedendis *Duci Berchtoldo* contuliſſet, nec ſuper hoc tunc temporis Lauſanenſem Epiſcopum citaſſet, nec præſentem nec confeſſum ſeu convictum denuntiaſſet. Plurimas etiam moleſtias & injurias contra Ducem Berchtoldum, quamvis abſens foret proponebat.

Ad hoc Dominus Imperator reſpondit, ſe quidem predicto Duci Berchtoldo illud Jus contuliſſe, & cum Dux Berchtoldus jus iſtud per eum poſſideret, eo abſente ſe reſpondere debere negabat: cumque ſuper

Digitized by Google

his Dominus Imperator a nobis ſententiam queſiviſſet, juxta Conſcientiam noſtram judicavimus, quod Dominus Imperator in hijs, que Lauſanenſis Epiſcopus adverſus eum proponebat, etiam Duce abſente, Epiſcopo Juſtitiam exhibere deberet, in hijs vero que contra Ducem proponebat, Duce rationabiliter citato, ejus preſentiam expectaret. Huic ſententiæ Dominus Archiepiſcopus Biſuntinus & Spirenſis & Gebennenſis Epiſcopi conſenſerunt. Cum autem a Baſileenſi Epiſcopo quereretur de conſenſu ſententiæ judicavit, quod Dominus Imperator nec debuit nec potuit Duci Berchtoldo conferre jus regalium & auferre Eccleſiæ, verum tamen, quia in qualicunque poſſeſſione dicebatur eſſe per Dominum Imperatorem, dixit quod non debebat hoc retractari niſi Duce preſente vel abſente ob Contumaciam. Huic ſententie multitudo Laicorum conſenſit.

LX.

INSCRIPTIO INSERTA MURO AD LATUS SINISTRUM, ALTARIS ECCLESIÆ B. MARIÆ VERONÆ.

ANNO MCLXXVII.

Anno Domini MCLXXVII. VII. Kal. Aug. indict. X. D. Alexander PP. III. dedicavit Altare majus S. M. antique Verone in honorem B. Marie virginis ubi interfuerunt D. Ubaldus Oſtienſis. Gualterius Albanenſis. Gulielmus Portuenſis. Conradus Sabinenſis Epiſcopi Cardina-

Digitized by Google

les. & alii undecim Cardinales & *D. Arman Teotonicus Marchio & D. totius Marchie Veronenſis* & alii multi ubi ſunt reliquie plurime de ſanguine D. N. Jheſu Chriſti de ſpinea corona de ligno S. ✝. de lancea Longini de pannis quibus involutus fuit D. N. Jheſus Chriſtus de capillis B. Marie virginis de veſtimentis & de velo ſuo de menſa Chriſti lapidea in qua cenavit cum diſcipulis ſuis de tribus magis Gaſpare Baldeſſare & Melchiore de B. Jo. Baptiſta de Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli Andree Jacobi Thome Barptolemai Simonis Thadei & Barnabe S. Martini Epiſcopi & Confeſſoris & S. Martini Pape & Martyris reliquiis. in qua quidem dedicatione inſtituit ut ſemper annuatim in die aſſumptionis B. M. Virginis & per totam octavam omnibus penitentibus confeſſis & contritis ſuorum peccatorum dictam Eccleſiam devote viſitantibus & manus adjutrices porrigentibus ſingula die de injunctis ſibi penitentiis centum annorum remiſſio eſſet. in aliis vero feſtivitatibus B. M. virginis in die S. Martini Epiſcopi & confeſſoris & per octavam & apparitionis Domini & per totam XLmam feria II. IIII. & VI. pro qualibet die L. Anno eos vero qui in mortis articulo eidem Eccleſie reliquerint & ſpecialiter pro fabrica a pena & culpa abſolvit.

Presbyter Joannes fecit fieri.

Nota. Onuphrius Panvinius *Antiquitatum Veronenſ.* Lib. VII. p. 183. Inſcriptionem hanc refert imperfecte & vitioſe. Noſtra hæc ex authentico deſumpta.

Digitized by Google

LXI.

BULLA ALEXANDRI III. PAPÆ, QUA LAUSANENSIS ECCLESIÆ JURA ET JURAMENTUM A BERCHTOLDO DUCE, EI PRÆSTITUM CONFIRMANTUR.

ANNO MCLXXVIII.

Alexander Epiſcopus. Venerabili fratri Rogerio Lauſanenſis ecclefie Epiſcopo, & Apoſtololice ſedis Legato, ejusque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum. Cogit nos ſummi Pontificatus auctoritas fratribus & Coepiſcopis noſtris tam vicinis quam longe poſitis paterna proviſione conſulere, & Eccleſias eorum gubernationi commiſſas in ſuis Juribus confovere. Sed tibi & Eccleſiæ tuæ tanto ſolicitius adeſſe compellimur, quanto devotionem & probitatem tuam ex longa converſatione & familiaritate manifeſtius ſumus experti. Eapropter venerabilis in Chriſto frater Epiſcope. tuis juſtis poſtulationibus gratum impertimus aſſenſum & Eccleſiam Lauſan. cui Deo authore preeſſe dignoſceris ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus — ſtatuentes ut quascunque poſſeſſiones quæcunque Bona — in quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis, ea videlicet, que tempore Burchardi quondam Lauſanenſis Epiſcopi ab Heinrico Imperatore jam dictæ Eccleſiæ pia ſunt devotione collata, & quæ tempore Amedei Predeceſſoris tui a Conrado Illuſtri

Illuſtri Romanorum rege ſunt ſui ſcripti robore confirmata. ſcilicet muratum & Cubizaca, Poteſtatem de Corſiaco,. de Polliaco, Vallem de Luſtriaco. Quicquid Dux Rudolfus & ſui habuerunt cum omnibus appenditijs ſuis ſicut in ſcripto prefati Heinrici continetur. Et cum quique paſtores poſiti ſunt in ædificationem non in deſtructionem apoſtolica authoritate decernimus ut nec tibi nec tuis ſucceſſionibus liceat bona Lauſanenſis Eccleſiæ diſtrahere vel alienare, ſed potius que indebite diſtracta ad jus ejusdem Eccleſiæ tuo ſtudio revocentur. apoſtolica quoque authoritate nihilominus interdicimus, ne tibi aut ipſis de cætero licentia pateat Lauſanenſem *Majoriam (a)* alicui in feudum dare. Preterea felicis recordationis Patris & Predeceſſoris noſtri Eugenii Papæ veſtigijs inhærentes omnes donationes a Lamberto, qui a Viriberto Hæreſiarcha ordinatus, Lauſanenſi Eccleſiæ utcunque præfuit de rebus ipſius Eccleſiæ factas, evacuamus & irritas eſſe cenſemus. Ad hæc quia nobilis Vir *Berchtoldus* prædicta Amadeo Predeceſſori tuo & ſucceſſoribus ejus hujusmodi dicitur preſtitiſſe juramentum, *(b)* quod in Eccleſia Lauſanenſi liberam permitteret Electionem fieri, quod nihil eorum, quæ ab Epiſcopo tenebantur, ſibi acquireret. Quod ſervitium, quod pro Chebrij & Luſtriaco in mutatione Epiſcopi debebatur, ipſe vel heres ſuus de cætero non exigeret, ſed ea de manu ſua Epiſcopus ſine omni datione reciperet ſicut & alia regalia, & quod ea quæ Eccleſia ipſa perdiderat, & quæ a longo tempore alienata fuerunt bona fide pro viribus recupe-

(a) Majoria, *Mairie.*

(b) Juramenti hujus formula ſupra exſtat ad Annum 1157.

rare juvaret, Quod ad villas Eccleſiæ ſuos non permitteret ire pro Pabulo vel alijs neceſſariis, nec in Villis ipſis hoſpitaretur & quod in Palatio Epiſcopi aut in Domibus Clericorum aut militum, eis invitis hoſpitium non haberet, nec ab eodem Palatio vel Domibus quicquam violenter auferret. Juramentum ipſum ratum habemus & firmum ſub interminatione Anathematis inhibentes, ne prefatus Dux vel hæres ejus contra ea, quæ diximus, juramento firmata, venire præſumat. Inſuper tibi concedimus uſum Pallij ex amore ad Sacra Miſſarum ſolempnia celebranda, ut eo utaris feſtivitatibus iſtis duntaxat: Videlicet in natali Domini, in feſto B. Stephani, in Epiphania, in quatuor feſtivitatibus B. Mariæ, in Cœna Domini, in Sabbatho Sancto & Paſcha, in Aſcenſione Domini, in Sabbatho Pentecoſtes, & in ipſo feſto Pentecoſtes in feſto B. Johannis Baptiſtæ, in feſto Beatorum Petri & Pauli, in feſto omnium Sanctorum, in conſecrationibus Eccleſiarum & ordinationibus Clericorum, in præcipuis feſtivitatibus Eccleſiæ Tuæ, in Anniverſario Conſecrationis Tuæ. Jura quoque & rationabiles conſuetudines Eccleſiæ & Civitatis tuæ auctoritate apoſtolica confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino &c. &c. &c.

Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus &c. &c. Datum Anagnij XVI. Kalend. Novembris Indict. XII. Incarnationis Dominicæ Anno MCLXXVIII. Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ III. Anno XXI.

LXII.

EXCERPTA EX BERTOLDI IV. ZARINGIÆ DUCIS CHARTA DE JURE CONSTITUENDI PLEBANUM TURICENSEM.

ANNO MCLXXVIII.

Ex Hottingeri Hiſt. eccleſ. tom. VIII. pag. 58.

Notum fieri volumus tam futuris, quam præſentibus, qualiter ego, Berchtoldus Dux & Rector Burgundiæ rogatu fidelium & miniſterialium meorum, & Wernheri, Turegienſis Præpoſiti omniumque fratrum ſuorum nec non civium Turegenſium controverſiam, de Plebatu Eccleſiæ Turegenſis inter nos habitam, ne periculum animæ meæ incurrerem, dimiſi &c. Hæc autem facta ſunt Anno ab incarnatione Domini MCLXXVIII. Indict. X. VI. non. Jul. in Capella S. Nicolai, ſita juxta Monaſterium Dominorum, regnante Friderico Imperatore, Præſidente Berchtoldo electo ſedi Conſtantienſi &c.

Digitized by Google

LXIII.

LITERÆ BERTOLDI IV. DUCIS ZARINGIÆ AD FRIBURGUM CIVITATEM HELVETIÆ.

CIRCA ANNUM MCLXXIX.

Ex Archivo Monaſterii Altæripæ.

B*erchtoldus Dux & Rector Burgundiæ.* H. Sacerdoti & T. Sculteto ceterisque Burgenſibus tam majoribus quam minoribus ſalutem & victoriam de inimicis. Nunciatum eſt nobis quod Domum de Altaripa, quam toto cordis affectu diligimus & in noſtram tuitionem recepimus injuſtis exactionibus ſive collectis gravetis; & hoc facitis pro Domo, quam in villa veſtra habent, cujus occaſione eos cogitis, ut adjutoribus veſtris conductitiis donativam mercedem erogent, in quo graviter nós offenditis, quia Domum illam liberam eis ab omni cenſu & ab omni lege ſeculari fecimus. Inſuper conceſſimus eis, quidquid domus eorum habet & inveſtita eſt de omnibus, que ad dominium noſtrum pertinent. Quapropter mandamus vobis ſub obtentione gratie noſtre precipientes ut quod eis remittimus, nullatenus exigatis, ſcientes quod qui eos offenderit, nos offendit, quod ut ratum firmumque permaneat, ſigilli noſtri auctoritate confirmavimus. Valete.

NB. Sigillum appendens rotundum e cera, in area rubra Leonem aureum, a dextra ad ſiniſtram ſalientem, exhibet, cum inſcriptione: BERCHTOLDVS DVX ZERINGIE ET BVRGVNDIÆ RECTOR.

Digitized by Google

LXIV.

CHARTA FUNDATIONIS PRÆCEPTORIÆ S. JOHANNIS IN BUCHSEE.

ANNO MCLXXX.

In nomine Sancte & individue Trinitatis. Ego Berchtoldus divina favente clementia Conſtantienſis Eccleſie Epiſcopus; Quæ cautelæ ſtudio geruntur, ut dampnoſam oblivionem effugiant, & ad poſteritatis notitiam pervenire valeant, ſcripturæ teſtimonio, & cautionis robore ſolent confirmari. Notum ſit igitur preſentibus & futuris Dei fidelibus, quod Cuno de Buchſe, homo ingenuus, & ſue poteſtatis, cum dominicum ſepulcrum, ut in loco ubi *ſteterunt* pedes Domini adoraret, tribus vicibus viſitaſſet, & in Xenodochio ſancti Johannis in Hieroſolimis Hoſpitalitatibus beneficentiam, qui in communionem peregrinorum, & curam pauperum longe & prope venientium impendere, conſideraſſet, aliquid in gazophilatium Domini mittere geſtivit, & qui heredes corporis non habuit, ſpirituales ſibi heredes, ſc. dominum omnipotentem, & dilectum ſuum Sanctum Johannem Chriſti Baptiſtam inſtituere propoſuit, unde univerſa prædia ſua, in villis, agris, vineis, ſylvis, & pratis, nec non & omnem familiam, proprietatis jure ſibi pertinentem, libera manu ſimul cum uxore ſua Bertha, & Heinrico & uxore illius Salome illorum prediorum coheredibus libere & legitimé Sancto Johanni ad ſcriptum Xenodochium ſine omni contradictione tradidit, &

Digitized by Google

a poſſeſſione receſſit. Ex quibus hæc propriis nominibus ſignificare duximus dignum; Buchſe cum Eccleſia, hominibus, & univerſis qui ſue poſſeſſionis inibi erant; Wancdorf, Worlaufen, Vinetum Nügrolis, & Muntigilis, & apud turrim. Atque ut pii facti memoria in perpetuum vigeret, in ſcripta Eccleſia Hoſpitale ubi Domini pauperes, & egeni peregrini & transeuntes, qui eum in æterna tabernacula recipiant, ſuſcipiantur, & temporalibus ſubſidiis attollantur, conſentiente venerabili Presbitero Arnaldo memorate eccleſie ſacerdote, inſtituit Deo authore.

Facta ſunt autem hæc anno ab incarnatione Domini, 1180. præſidente Romanæ ſedi Domino Alexandro hujus nominis Tertio. Regnante Frederico ſereniſſimo Imperatore, anno regni ejus . . . Imperii . . . Friderico Duce Suevorum; *Berchtoldo Burgundiæ Rectore*, Arnolto Comite. Teſtes autem hujus facti ſunt, Abbas Lutholdus de Steine; Rudigerus Abbas de Waginhuſin, de choro noſtro, Hermannus maioris Eccleſie prepoſitus & Olricus prepoſitus de Sancto Stephano. Albertus de Buſſinane. Teſtes autem hujus ſunt ſacerdotes, ſcilicet Henricus de Bollingen; Petrus de Ergisdorf, Burchardus de Mure, Henricus de Munſingen, Hugo de Wichtrocho, & inſuper XII. ſacerdotes, ad confirmationem hujus facti introduco idoneos, teſtes laicos tam maiores quam minores; ſcilicet Comitem Arnoldum & frater ſuus Cono, & Rodolfus de Eigisdorf, & ſocii ſui V. Otto ſon Gerenſtein & V. alii. Cono de Steltelon & II. domini, Burchart de Bremecart, & filius ſuus, & inſuper LXIII. milites, qui omnes aderant.

Digitized by Google

LXV.

EXCERPTA EX CHARTA BERTOLDI IV. DUCIS ZARINGIÆ DE LITE INTER CANONICOS TURICENSES ET PLEBANUM DE SWANLINGEN.

ANNO MCLXXXV.

Ex Hottingeri Hiſt. eccleſ. tom. VIII. pag. 1179.

Notum ſit omnibus tam futuris, quam præſentibus, qualiter ego Berchtoldus de Zaringen, Dux & Rector Burgundiæ, & *Kaſtvoget* Turegenſis Præpoſituræ, litem, quæ fuit inter Canonicos Turegenſes, & Lutoldum Plebanum de Svvâlingen in hunc modum depoſui. & concordiam feci &c. Hæc autem facta ſunt anno ab incarnatione Domini MCLXXXV. Indict. III. Epact. XVII. concurrente, 2. quarto Id. Aprilis in loco Turego.

Digitized by Google

LXVI.

LAUSANENSIUM RECOGNITIO IN GRATIAM BERCHTOLDI V. ZARINGIÆ DUCIS.

ANNO MCLXXXVI.

Ex Ruchat Hiſtoria Vaudi Mſpt.

Ego R. dico in verbo veritatis, quod interfui Recognitioni, quæ facta fuit Duci Berchtoldo Patri iſtius Ducis à Canonicis, militibus & Burgenſibus recognitum fuit, quod Clerici debent eum recipere cum proceſſione & Burgenſes debent illi duas procurationes, quas duo Burgenſes cum familia Epiſcopi debent trahere de mandato Epiſcopi, qui etiam & ſua familia debent procurari. Hanc recognitionem fecit Wilhelmus de Orſonens, Canonicus de Conſilio & aſſenſu tam Cleri quam Populi.

LXVII.

Digitized by Google

LXVII.

EXCERPTA EX BERTOLDI V. DUCIS ZARINGIÆ LITERIS DE PLEBANO PRÆPOSITURÆ TURICENSIS EX CANONICIS ELIGENDO.

ANNO MCLXXXVII.

Ex Hottingeri Hiſt. eccleſ. tom. VIII. pag. 60.

In nomine Sancte & individue Trinitatis ego *Berchtoldus de Zaringen*, *Dux & Rector Burgundiæ*, *Dei & Imperiali gratia Turegici loci legitimus advocatus*, *quod Kaſtſog*[illegible]*icitur:* Venerabili Walthero, prædicti loci Præpoſito, Sanctisque Confratribus ejus in perpetuum &c. Anno ab incarnatione Domini MCLXXXVII. indictione V. Epacta VIII concurrente III. Præſidente Chriſtianiſſimo Papa Vrbano, Imperante glorioſiſſimo Romanorum Imperante Friderico: Epiſcopo Hermanno Conſtantienſem Diœceſin gubernante.

LXVIII.

CHARTA CLEMENTIS III. PONT. QUA SENTENTIAM EPISCOPI CONSTANT. DE JURE FUNDATIONIS TRIUM ECCLESIARUM DE CHILCHEIM, EIMUOTINGEN ET MATRA CONFIRMAT.

ANNO MCXC.

Ex Tabulario Collegiatæ D. Petri Baſil.

Clemens Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Algoto Lupolto & Theodrico de Chilcheim ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Quotiens litigia ſuper rebus eccleſiaſticis orta ad legitimam diſcuſſionem deveniunt & in iudicio [illegible]oſita diutius diſceptationibus partium ventilata per diffinitivam ſententiam mediante prelatorum diſcretione legitime ſopiuntur, decens eſt atque conveniens ne iterum alicujus temeritate in contentionis ſcrupulum relabantur, ſententias ipſas ſedis apoſtolice auctoritate firmare. Cum autem ſuper jure fundationis trium eccleſiarum de Chilcheim videlicet Eimuotingen & Matra inter vos & B. abbatem de Stein queſtio emerſiſſet, vobis, quod intendebatis, legitima teſtium aſſertione probantibus, ſententia fuit pro vobis legitime promulgata, quam bone memorie O. olim Conſtantienſis Epiſcopus confirmavit. Nos itaque eandem ſententiam, ſicut rationabiliter lata eſt nec legitima appellatione ſuſpenſa ratam habentes, ipſam auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confir-

Digitized by Google

mationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus noverit ſe incurſurum. Datum Laterano VIII. Id. Februarii Pontificatus noſtri anno tertio.

LXIX.

INNOCENTIUS III. PONT. HOSPITALE, TIGURI A BERTOLDO V. ZARINGIÆ DUCE FUNDATUM, IN PROTECTIONEM RECIPIT.

ANNO MCCVII.

Ex Regiſtro Innocentii III. de A. 7. Epiſt. 16.

Priori & fratribus hoſpitalis de Thuregum. Solet annuere &c. *uſque* annuentes: perſonas & hoſpitale veſtrum, quod dilectus filius nobilis vir . . . . . *Dux Zeringie* pro ſuorum peccatorum remedio fabricavit, cum omnibus bonis que in preſentiarum &c. *uſque* communimus. Ad indicium autem protectionis a nobis obtente Aureum unum nobis noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis.

Nulli ergo &c. Datum Laterani III. id. Maj. Anno VII.

Nota. Chartulam hanc, quæ nonniſi Summarium Chartæ eſt, cum aliis Pontificum Rom. Epiſtolis, ſſo loco inſertis, Illuſtris Garampius, Tabularij in Vaticano Cuſtos, præſtantis doctrinæ Vir, nobis transmiſit, poſtquam Zaringiæ Ducum Hiſtoria jam exierat prelo.

LXX.

CHARTA TRADITIONIS MONASTERIO FRIENIS-BERGENSI FACTÆ, A RUDOLPHO COM. DE THIERSTEIN.

ANNO MCCVIII.

In nomine Sanċte & Individue Trinitatis. Quoniam diminutæ ſunt veritates a filiis hominum, neceſſe eſt, ut quæ a fidelibus juſte & rationabiliter faċta ſunt, ſcripto conſerventur, ne per oblivionem e memoria hominum dilabantur; Hinc eſt quod & futuris notificamus, quod *Comes Rodolfus de Thierſtein*, cujus parentes Abbatiam de Frienifperc, prædiis, dote, & privilegiis fundaverunt, ipſe prædia amplificavit, ſicut ſubter annotatum eſt, & privilegiari expoſtulavit; Verum ut hæc donatio breviter & veraciter, demonſtretur, prædiċto monaſterio & fratribus ibidem Deo famulantibus totaliter & libere quicquid habebat in inferiori Wilere dedit, & omnia quæ habebat in villa quæ dicitur Elwile, cum feudo Tetrici, cum omni jure, cum omnibus attinentiis, cum omni libertate nihil penitus excipiens; dedit præterea in confinio prædiċtæ villæ Elwile, quod vulgo dicitur Sale, Turni, & Erithal, & Hirſera; Inſuper dedit inter Curtem de Reide & Abbatiam nemus quod Stochera vocatur, cum vicina ſylva quæ tangit terminos villæ, quæ Mönchilcha dicitur cum adjacente terra, quæ vocatur Trib, usque ad lapidem Criſium, & abinde usque ad lapidem qui dicitur Tegerſtein

cuncta quæ inter præſcriptos terminos habuit univerſaliter, integraliter, & fideliter donavit, tam ipſe, quam filius ejus Rodolfus, laudante uxore ejus Kepa, cum filiis & filiabus eorum, collaudante ſimul uxore filii Sophia; Hi omnes pariter voto & unanimi voluntate dederunt, Deo & beatæ Mariæ, tactis ſacroſanctis reliquiis, & nihil juris in præfata donatione ſe habere profeſſi ſunt, a modo & in perpetuum; Paſtura pecudum ſeu animalium ſine damno, tam in prædiis Abbatiæ quam Comitis communis eſt, pro his autem dederunt prædicti fratres XL. Marcas, & unam Hubam in dem Oberenwile; Acta ſunt hæc anno dominicæ Incarn. MCCVIII. Indictione undecima; Sedi Apoſtolicæ præſidente piiſſimo Papa Innocentio. Conſtantienſis Eccleſiæ ſedem tenente Epiſcopo Wernhero. *Ducatum Burgundiæ (a) potenter regente Duce Berchtoldo.* Hujus rei teſtes ſunt ipſe Abbas Rodolfus, & Conradus Sacerdos, & ipſe Comes Rodolfus, & Cono miles de Tetſperc, & Petrus Villicus, Petrus & Burcardus nepos ejus, Milites de Schuphon; & alii quam plures diverſæ dignitatis & ætatis; Igitur ſicut hæc pro ſalute vivorum, ac mortuorum cum omni juſtitia & veritate facta ſunt, ita maledicto ſe noverit traditum, qui hæc aliquo dono vel machinatione infringere temptaverit.

(a) *Ducatus* hic dicitur Burgundia Transjurana, quæ ſupra ad A. 1133. *Comitatus.*

LXXI.

FRIDERICI REGIS SICILIÆ, UT DUCIS SUEVIÆ, LITERÆ, QUIBUS MONASTERIO TENNEBACENSI PRÆDIA MUNDINGEN ET VERSTETTEN CUM RELIQUIS EJUS JURIBUS CONFIRMAT.

ANNO MCCX.

Ex autographo Tennebacenſi.

Fredericus - - - - Rex Siciliæ. Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, in Conſpectu Divinæ Majeſtatis - - - - Cum ergo ob reverentiam Regis Regum religioſa Loca pia conſideratione reſpicere teneamur, conſiderantes precipuè fervorem religionls, quæ in ſacro Monaſterio quod Porta Cœli dicitur, & antea *Tennibac* vocabatur, per exhibitionem operis Domino exhibetur - - - - ad inſtantiam fratris Corradi Monachi de gratia ſerenitatis noſtræ concedimus, & confirmamus eidem monaſterio in perpetuum predium in *Mundingen*, quod idem monaſterium ab hoſpitalariis emit, & *Verſteten*, quod Corradus de Suarcimberc, advocatus, & uxor eius eidem monaſterio contulerunt. cum omnibus appendenciis ſuis. Concedimus quóque eidem monaſterio & confirmamus Omnia quecunque conceſſione Pontificum, largitione Principum, Dono Comitum vel Baronum, & aliorum oblatione fidelium in preſentiarum juſte & rationabiliter poſſidet, aut in futurum juſto titulo preſtante Domino poterit adipiſci. Ut ergò - - - -

Digitized by Google

hæc noſtræ pietatis conceſſio firma ſibi & illibata ſubſiſtat, preſens noſtræ Majeſtatis privilegium per manus Aldoini Notarii & fidelis noſtri ſcribi, & noſtræ Majeſtatis ſigillo juſſimus communiri. Anno & die ſubſcriptis -

- Data in Civitate *Cathanie* per manus Gualt - - - - Cathanienſis Epiſcopi & Regni Sicilie Cancellarii. Anno Dominice jncar. M.CC.X. menſe januar. XIII. indict. regni vero Domini noſtri Frederici - - - anno Duodecimo - -

LXXII.

BERTOLDUS ZARINGIÆ DUX, ABBATIÆ TURICENSIS FUNDATIONEM ATQUE JURA CONFIRMAT.

ANNO MCCX.

Ex autographo tabularii Turicenſis.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Berchtoldus *Dux Zaringie,* Dei & Imperatorum ac Regum dono conſtitutus *Judex* & *Advocatus,* qui vulgo *Kaſtvogt* dicitur, id eſt, in omne Thuregum Imperialem Juriſdictionem tenens, Thuricenſi Abbatie in perpetuum: Cum ex conditione mortalium rerum etas omnium defectum inducat, ita ut clariſſimorum tum nomina quam geſta pro fluxu temporum plerumque contin-

Digitized by Google

gat abrogari, viſum eſt temporibus noſtris expedire, ut primi fundatoris predicte Abbatie ſcilicet Domini Ludovici Regis acta pro firmitate & incremento ipſius abbatie, nos etiam noſtro reſcripto feliciter innovemus. Que ergo annulo regali & publico ſigillo ſignata ex antiquis privilegiis preſati Domini regis & expoſita ſincere ac diligenter intelleximus ipſa hec eadem nihil prorſus addentes, nec aliquid inde minuentes eodem tenore ipſi abbatie Sanctorum Felicis & Regule martyrum hac preſenti pagina roboramus. Imperiali ergo auctoritate, qua ſuper univerſum Thuregum nos aliique noſtre proſapie deceſſores, Dei, Regum ac Imperatorum dono prediti ſumus, hoc ſancimus & decernimus, ut predicte Abbatie noſtre terra, que vocatur Salica, ad quamcunque Curtem monaſterii pertinens bis in anno vacet in Kal. Maji & in feſto Michaelis Archangeli S. omnes Decime monaſterii vacent ij. Idus Novembris, preter eas, quæ ſunt in Urania, hæc namque bis in anno vacare debent III. Kal. Ap. & in Kal. Julii. Piſcature vero in feſto Andree, cum ſuis pertinenciis, mole quoque cum ſuis appendiciis IIII. non. Januarii, Cuſtodie nemorum cum univerſis attributis ſuis XV. Kal. Aprilis, Taberne cujuslibet Curtis in feſto Baptiſte: Theloneum ſalis & cura paſtoralis in vigilia nativitatis Domini, & hec nulla unquam contradictio valeat impedire. Inhibemus quoque ſicut & ab ipſo primo fundatore inhibitum reperimus, ut in hoc de his que pertinent ad predictum monaſterium noſtrum, ulli unquam liceat, aut alienare aut in deterius permutare. Ceterum ſi contra hanc prohibitionem, ſiue utilitatis ſiue neceſſitatis cauſa fortaſſe aliquid contingat fieri ſano ſiat conſilio & ab honeſtis perſonis preuio Juramento quidem expediat; & ne

ne factum in poſterum irritetur in ſcripto redactum tam ſigillo Sanctorum Martyrum F. & R. quam & publici Judicis roboretur: Ut autem hec confirmatio noſtra firma ſemper maneat prout de ſupradictis omnibus, coram nobis & miniſterialibus Abbatie ſententialiter pronuntiatum fuit, hanc deſcriptionis noſtre paginam ſigilli noſtri munimine ſtabilimus: Actum in Burgundia in Caſtello Burgdorf. Anno ab incarnatione Domini M. CC. X. Indict. XIII. Anno Domini Imperatoris I. Ottonis —— VI. Kal. Aprilis. In Dei nomine feliciter. Amen.

LXXIII.

EX LITERIS FRIDERICI II. IMP. ARGENTINENSIBUS DATIS DE LIBERATIONE EGENOLFI DE LANDSPERG.

ANNO MCCXII.

Ex Wenckeri collectis Archiv. & Cancell. juribus. p. 353.

Fridericus &c. Quemadmodum noſtro culmini ſupplicaſtis, ut pro Egnolfo de Lantſperg concive veſtro, quem per *Henricum Marchionem de Hahperg* diciis captivatum; eidem Marchioni pro liberatione ipſius mitteremus noſtras litteras efficaces. Ita noveritis nos jam dicto

Marchioni noſtris literis dediſſe firmiter in mandatis, ut Egnolfum prediƈtum indempnem per omnia priſtine reſtituat libertati. Datum in Conſtantia Id. Junii. Regni noſtri anno primo.

LIV.

EX ALIIS FRIDERICI II. LITERIS DE EODEM NEGOTIO.

ANNO MCCXII.

Ex Wenckeri libro laudato, p. 353. ſq.

Fridericus &c. Quemadmodum noſtram Majeſtatem veſtris nuper literis requiſiſtis, ut Advocatos noſtros per Alſatiam & Civitates ibidem, Vobis adeſſe mandaremus ſuis auxiliis & conſiliis contra *Heinricum Marchionem de Hochberg*, pro liberatione Egelolſi de Lantſperg, ita noveritis nos Nobilibus Viris Ulrico Comiti Phirretarum, & Ottoni de Ochſenſtein, Advocatis noſtris Provincialibus, dediſſe firmiter in mandatis, ut vobis in hoc negotio una cum Civitatibus Imperii cooperentur, auxilio efficaci. Datum in caſtris ante Ezzelingen, craſtino Laurentii, Regni noſtri anno primo.

Digitized by Google

LXXV.

CHARTA CONRADI CONSTANTIENSIS EPISCOPI, QUA BURCARDO MINISTRO DE KILHHAIN JUS PATRONATUS IN TRES ECCLESIAS, KILHHAIN, MATIR ET EMMOTINGIN, VARIIS RATIONIBUS, COMPETERE DECLARAT.

ANNO MCCXV.

Ex tabulario S. Petri Baſileæ.

In nomine Sanctæ & individue Trinitatis. Ego Conradus Conſtantienſis Epiſcopus Chriſti fidelibus præſentibus & poſteris ſalutem in Domino. Res in litigio poſita in judicium ſæpius deducta poſtquam juris ſervato ordine per diffinitivam ſententiam finem acceperit & ſopita fuerit ne iterum forte oblivione vel aliqua malicioſa temeritate partium in litem reſurgat. decens eſt ut veritas dijudicata ſcripto commendetur & munimine ſigillorum roboretur. præſentibus igitur & poſteris plenius innoteſcat quod Burcardus miniſter de Kilhhain conditione liber contra adverſarios ſuos per multa obtinuit judicia jus patronatus in hiis tribus eccleſiis Kilhhain, Matir, Emmotingin & hoc jure fundationis, quosdam etiam cognatos ſuos Algotum videlicet qui ſecum jus habuit patronatus in eccleſiis dictis & alios quosdam qui ſibi eſſe patronatum in illis dictabant per interceſſionem pecuniæ & Patrimonii ſui a jure patronatus quod

habebant vel habere volebant removit & excluſit, poſtmodum ad majorem facti ſui & juſticiæ ſuæ roborationem comparuit coram nobis in præſentia multorum tam clericorum quam laicorum apud Haitirshain plura nobis ibi exhibens inſtrumenta de re judicata ſibi loquencia & quod quieta poſſeſſione deberet gaudere juris patronatus eccleſiarum ſæpius dictarum fideliter affirmantia. produxit etiam ibi quosdam ſenes viros ſatis ut videbantur honeſtos qui jurati affirmabant eum legitime poſſediſſe patronatum iſtarum eccleſiarum. Nos autem cognita juſticia dicti B. præſentem paginam ad ipſius petitionem veritatem & juſticiam ſuam continentem conſcribi fecimus munimine noſtri ſigilli conſignatam. Teſtes autem juſticiæ ſuæ fuerunt Hainricus Heinburge Wernherus villicus de Kilhchain. Conradus Belleh. Præſentes autem erant. de Briſaco & de Betbur decani, H. plebanus de Niowinburg. Ulricus plebanus in Hertinhain. Hainricus camerarius & plebanus in Tegirnowe. Wernherus plebanus in Wolpach. Hugo miles de Emperingin. Goteſridus miles de Badin. Fridericus miles de Mulnhain. Rodolfus de Witilinkon. Rodolfus Villicus de Strale. - - & Baldiprehtus Marſchalcus miniſteriales eccleſiæ noſtræ & alii quam plures tam clerici quam laici. Acta ſunt hæc Anno ab incarnatione Domini 1215. quinto Kal. Decemb.

LXXVI.

HERMANNI ET FRIDERICI, MARCHIONUM BADENSIUM, LITERÆ DE PRAEDIO ABBATIÆ TENNEBAC. VENDITO.

ANNO MCCXV.

Ex autographo Tennebacenſi.

In nomine Sanĉte & individue Trinitatis. Nos Hermannus & Fridericus *Marchiones de Badin* - - - intimamus quod cum dileĉtus fidelis noſter Heinricus de Lare predium a nobis quod eſt juxta *Spicenbach (a)* in montanis, que a vulgo dicuntur *Brechebonot*, *(b)* jure feodali poſſideret, idem predium pro certa quantitate pecunie, XIII. videlicet marcharum & unius libre Briscaugenſis monete recepta ab Abbate Bertoldo de Tennibach & ejusdem loci fratribus nobis ſponte & pacifice reſignavit, prece humili ſupplicans, ut jam diĉtum predium monaſterio eidem traderemus jure perpetuo poſſidendum. Quia ergo liberalitas Principum circa honeſtas peticiones, que ad augmentum religionis ſpeĉtare noſcuntur, ſolet animum facilius inclinare, perpendentes utilitatibus animarum quam maxime expedire ut qui ſoli Domino vacare decreverunt, rebus exterioribus adjuventur, ut per hoc licentius ſpiri-

(a) Bihorio diſtans à Thennebaco, congeries curtium.

(b) Hod. Breitebnet.

talibus vacent exercitiis - - - ad peticionem dilecti conſanguinei noſtri Bertoldi Abbatis de Tennibach duximus voluntati hylari annuendum. Igitur pretaxatum predium prefato monaſterio cum terris, pratis, cultis & incultis - - - - libere & pacifice, ita quod nec nos vel predictus miles Henricus de Lare nec aliqua in toto mundo perſona advocatie vel prorſus aliquod jus contra voluntatem fratrum de Tennibach in illo ſibi audeat uſurpare, libenti animo damus - - - volentes ut de pecunia data in precium ſepe nominati predii, ſi nobis placuerit, a ſupradicto milite predium aliud ematur, quod a nobis loco predicti feodali beneficio poſſideat, ne venditionis predicte occaſione hominis ipſius debitum ſervitium amittamus.

Data Id. Martii in caſtro *Hahpert* Anno ab incarnatione Domini M. CC. XV.

LXXVII.

DE BERTOLDO V. ZARINGIÆ DUCE, TENNEBACENSIBUS INFESTO.

CIRCA ANNUM MCCXVI.

Ex Cod. Tennebac. vita B. Hugonis ord. Ciſterc.

Dum piæ recordationis D. Papa Innocentius III. qui Romæ Concilium celebravit, Apoſtolicæ ſedi præſideret, prædictus *Dux de Zeringen* Tyrannidi ſuæ modum non ponens in Curia Romana non ſolum

de malitia ſuæ Tyrannidis, ſed etiam de infidilitate a multis graviter accuſabatur. Ea tempeſtate prædictum Monaſterium Tennenbach regebat D. *Bertholdus Abbas*, nobilis quidem genere, ſed nobilior fide & Religione, *filius Sororis ejusdem Ducis, pater* vero ejus *Comes de Urach* nobiliter fuerat ſimul & bene procreatus. Deteſtabatur itaque Abbas idem avunculi ſui veſaniam, unde & ipſum exoſum habebat, quia non eſt Communicatio Chriſti ad Belial, nec fidelis ad infidelem, præſertim quum ei mundus crucifixus eſſet & ipſe mundo. Unde accidit, ut idem Abbas veniens a Curia Romana quibusdam ſui Monaſterij privilegiis renovatis, alijsque denuo impetratis, a Duce videlicet avunculo ſuo vocatus venire non diſtulerit, nullo ejus amore ductus, ſed ſui Monaſterij jacturam metuens Principis mandato parere non recuſabat. Ingreſſus itaque Curiam Ducis, ipſum cum ſuis miniſtris & militibus in Caſtro Freiburg jucundum & hilarem invenit, ludo & aleis quibusdam deditis, alijs vero choreas ducentibus, & ad vocem Organi cantantibus gaudium mundi, quod eſt inſtar puncti, perpetuis gaudijs ſtultiſſime prætulerunt. Nec mora; vix ſalutatione præmiſſa Tyrannus aggreſſus eſt inquiſitionibus Abbatem de ſtatu Curiæ Romanæ, & de multis alijs, de quibus non eſt opus ſcribere, ne prolixitas mater faſtidij in hoc opere accuſetur: idem vero Abbas ſuam narrationem breviter complevit, quod palatium ei carcer eſſet, ſolitudo vero paradiſus, ſed quia mala conſcientia ſemper præſumit ſæva, quamvis prædictus Dux foris videretur, ut Leo rugiens in perſecutione, intus tamen lepus pavidus erat, formidando Eccleſiæ gladium, videlicet Excommunicationis ſententiam: Portæ enim inferi non prævalebunt adverſus Eccleſiæ Auctoritatem, quia fundata ſupra firmam petram. Unde idem Dux conſcius ſuæ iniquitatis quæſivit

ab Abbate quadam ſubſannatione, an quidquam dextre vel ſiniſtre de ejus perſona in Curia tractaretur, præſertim quùm ejus fama Germaniam & partes Galliæ graviter occupaſſet. Ad hæc Abbas intrepidus armis ſpumantibus munitus Tyranno rotunde reſpondit, Veſtræ quæſtioni aliud mallem reſponſum dare, quia non potero eſſe boni nuncii bajulus, ſi vobis ipſam dixero veritatem. Hoc Tyrannus audiens furore repletus cum indignatione ſciſcitabatur, quænam eſſent, de quibus ſibi Abbas reſponſa negaret. Ad hæc Abbas imperterritus, Domine, inquit, Vobis plane imponitur macula infidelitatis & tyrannica rabies, per quam longe lateque belligeratis committendo ſæva per oppreſſionem indebitam viduarum & pupillorum. Tunc exclamavit Dux cum maximo furore, & omnes aſtantes hortatur, dicite, inquit, Abbas de Tennebach peſſimus hæreticus eſt, & ſic expulit eum conſpectu ſuo, & perversè jurando omnibus dicebat, niſi fuiſſet ſororis ſuæ filius, ipſum de rupe Caſtri juberet peſſime præcipitari. Ab iſto tempore idem Dux. & tyrannus Monaſterium Tennebach moliebatur funditus evertere, unde accidit, quod lapides quadratos & politos partium inde tulit, & vaſa vinaria poſt vindemias in poſſeſſione ipſius Monaſterii frangi & effundi militibus præcepit. Milites vero timorem DEI habentes, pauperibus Chriſti cupientes pia fraude ſubvenire, vas quoddam vacuum rumpentes alijs vino plenis pepercerunt, ut citius ad locum tutiorem vina ſua transveherent, ne deterius eis contingeret. Quid plura? niſi abbreviati fuiſſent dies ejusdem Tyranni per mortem, quam ſua feritate accerſire quodammodo niſus eſt, Monaſterium omne in rebus & perſonis penitus deſtruxiſſet. Ad noſtrum igitur

propoſitum

propoſitum nobis recurrendum eſt, narrationem illius boni hominis proſequendo, cujus memoria in benedictione eſt, attendentes verbum Sapientis: Memoria juſti cum laudibus, nomen vero impii putreſcit. Vnde Tragœdiæ Ducis finem hic imponimus, in qua licet exceſſiſſe videamur, quia indignum huic inſeruimus opuſculo ad declarationem ſubſequentium, ſed excuſat illud Sapientis: Oppoſita juxta ſe poſita magis eluceſcunt.

LXXVIII.

LITERÆ HONORII III. PAPÆ AD EPISC. BASILEENS. DE CONTENTIONE INTER HUNC ET BERTOLDUM V. DUCEM ZARINGIÆ ORTA.

ANNO MCCXVII.

Ex Reg. Anni II. Literarum Honorii PP. III. tom. I. ep. 939.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili Fratri . . . Baſilienſi Epiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Tua fraternitas intimavit, quod cum inter te, ac dilectum filium nobilem virum Ducem Zaringie ſuper quibusdam poſſeſſionibus ad Eccleſiam Tuam ſpectantibus, quas W. Baſilienſis Electus Predeceſſor tuus eidem in feudo dicitur conceſſiſſe contentio ſuborta fuiſſet, tandem, ut laboribus, & indempnitati Eccleſie parceretur in . . . Deca-

num, & . . . Prepoſitum Baſilienſem, & alios, quos eisdem duceres adjungendos fuit a te, ac Duce prædicto, tamquam in Arbitros compromiſſum ſi noſter ſuper hoc interveniret aſſenſus. Quare nobis humiliter ſupplicaſti, ut cum per arbitrium ipſum credas Eccleſie cum commoda provenire, tibi ſuper hoc providere miſericorditer dignaremur. Quo circa fraternitati tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus non obſtante juramento, quod de revocandis poſſeſſionibus, quas idem W. minus licite alienaverat corporaliter præſtitiſti arbitrium ipſum, ſi Eccleſie tue videris expedire, de licentia noſtra ſubeas Capituli tui ſuper hoc interveniente conſenſu. —— Datum Laterani III. Idus Martii Pontificatus Noſtri Anno ſecundo.

LXXIX.

BULLA AUREA FRIDERICI II. IMP. CIVITATI BERNENSI CONCESSA, IN QUA DE CONRADO ET BERCHTOLDO V. DUCIBUS ZARING. FRIBURGI IN BRISGOVIA ET BERNÆ CONDITORIBUS HONORIFICA FIT MENTIO.

ANNO MCCXVIII.

Fridericus Dei gratia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus & Rex Sicilie; Dilectis devotis Sculteto conſulibus & univerſis Burgenſibus de Berno in Burgundia, gratia ſua & omne bonum.

Quum *Berchtoldus Dux Zeringie* Burgum de Berno conſtruxit cum omni libertate, qua *Conradus* Friburgum in Briſgau conſtruxit, ac libertate donavit ſecundum Jus Colonienſis Civitatis, Heinrico Imperatore confirmante, & cunctis principibus corone Romani Imperii, qui aderant conſentientibus, notum fieri volumus Vobis & univerſis preſentem paginam usque in ævum inſpecturis, quod nos authoritate regiæ celſitudinis ipſum Burgum de Berno & univerſos Burgenſes ibidem nunc commorantes & poſtmodum illuc transmeantes, in noſtrum & Imperii Romani Dominium recepimus & defenſionem, in perpetuum vos liberos facientes & poſteros veſtros & abſolventes ab omni ſervitii exactione, qua oppreſſi fuiſtis, niſi tamen à cenſu domorum & arearum veſtrarum, videlicet de qualibet area centum pedes in longitudine & ſexaginta in latitudine habente duodecim denarios uſualis monetæ ſingulis annis de fundo Imperii perſolvendos, per cujus cenſus ſolutionem vos & poſteros veſtros liberos eſſe volumus ab omni alia ſervitii exactione à nobis & à cunctis ſucceſſoribus noſtris vel noſtris Vicariis & hanc libertatem & immunitatem vobis & poſteris veſtris poteſtate Regia confirmamus.

Demum omnia ſupra ſcripta Jura & Libertates, nec non & illa omnia, per que & in quibus *Cunradus Dux Zeringie* Friburgum in Briſcaugia conſtruxit & libertate donavit, ſecundum Jus Colonienſis Civitatis juramento preſtito cum duodecim nominatiſſimis miniſterialibus ſuis ſuper ſancta ſanctorum & inſuper manu dextra ſua data in manum liberi viri nomine juramenti, quod ipſe & poſteri ſui ipſis ſemper eadem jura inviolabiliter obſervarent nec ulla ratione infringerent nec

T 2

Digitized by Google

non & illa Jura & Libertates, que Berchtoldus Dux, quondam Dominus veſter dedit & confirmavit, & inſuper omnia Jura, & Libertates, que in Rodalibus veſtris communi & ſano conſilio decreveritis apponenda vobis & cunctis poſteris veſtris, auctoritate Regia concedimus & confirmamus preſentibus & annuentibus Corone noſtre Principibus videlicet Dei gratia Metenſi & Spirenſi Epiſcopo Cancellario noſtro, eadem gratia Bambergenſi Epiſcopo, Lodevico de Detingen (Oetingen) Gotfrido de Hochenlou, Anſelmo de Juſtingen, Conſiliario Curie noſtre, magiſtro Cunrado de Ulma notario noſtro, Eberhardo de Winterſtetten Pincerna, Cunrado de Walpurch Dapifero - - - - de Papenheim mareſcallo noſtro & aliis quam multis Principibus & fidelibus noſtris laudantibus & aſſenſum prebentibus univerſis.

Vt autem hæc à poſteris noſtris rata & firma permaneant & in perpetuum illibata, preſens inſtrumentum vobis & poſteris veſtris conſcribi & dari fecimus, & ſigillo aureo noſtre Regie Celſitudinis communiri. Datum apud Franckenfurth anno gratie MCCXVIII. ſeptimo decimo Kalend. Maji. Sexte Indictionis.

LXXX.

CHARTA HONORII III. PONT. QUA COMPOSITIONEM DE JURE PATRONATUS TRIUM ECCLESIARUM, KILCHEIM, MATERA ET EMMUETINGEN, MEDIANTE CONSTANTIENSI EPISCOPO FACTAM, CONFIRMAT.

ANNO MCCXIX.

Ex Tabulario S. Petri Baſileæ.

Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Volmaro Plebano de Kilcheim & Burchardo fratri ſuo ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem prebere conſenſum & vota, que a rationis tramite non diſcordant effectu proſequente complere. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu compoſitionem inter vos ex parte una & Algottum ac quosdam alios Conſtantienſis diœceſis ex altera ſuper jure Patronatus de Kilcheim de Matera & Emmuetingen eccleſiarum mediante venerabili fratre noſtro Conſtantienſi Epiſcopo amicabiliter initam ſicut ſine pravitate provide facta eſt, & ab utraque parte ſponte recepta & in Inſtrumento ejusdem Epiſcopi confecto exinde continetur, auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam

Digitized by Google

noſtre confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Viterbii II. Id. Decembris Pontificatus noſtri Anno Quarto.

LXXXI.

CHARTA BERTOLDI LAUSANENSIS EPISCOPI, QUA ADVOCATIAM LAUSANENSIS ECCLESIÆ, POST MORTEM BERTOLDI ULTIMI ZARINGIÆ DUCIS RECEPTAM, NEMINI IN POSTERUM SE CONCESSURUM PROMITTIT.

ANNO MCCXIX.

Ex authentico Schmidiano Bernæ.

Bertoldus divina miſeracione Lauſanenſis Epiſcopus. Omnibus tam futuris quam preſentibus rei geſte memoriam. Paſtorum cura diligens ab ovili debet lupos arcere, & ex malis preteritis futura impoſterum vigilancius precavere. Eapropter dignum duximus apicibus annotari, quod cum *Bertoldus Zaringie Dux* advocaciam Lauſanenſem longo tempore tenuiſſet, quam contra voluntatem predeceſſorum noſtrorum ſibi per emptionem indebitam uſurpaverat; que advocatia cum hominium ligium deberet Epiſcopo, memoratus Dux nec hominium nec aliud inde ſervicium eccleſie feciſſet, ſed de bono mali cauſam aſſumens, in

poſſeſſiones eccleſie rapinas, incendia, homicidia, leſiones, membrorum mutilaciones, non ſolum in laicis, ſed in clericis & ſacerdotibus exerceret, eodem duce mortuo, nec malicie ſue meritis filium vel filiam relinquente, dicta advocacia etiam ad manum noſtram ſecundum jus libere devoluta; Nos igitur timentes, ne ſi dictam advocaciam infeodaremus alicui, exemplum perpetrate per eam malicie impoſterum dirivetur, conſilio fratrum & hominum noſtrorum eandem advocaciam in manu noſtra retinuimus & Altari beate Marie obtulimus, in manu ſacerdotis canonici juramento confirmantes, nullo alienacionis modo eam a nobis de cetero dimittendam, niſi per equitatem inevitabilis judici hoc facere cogeremur: & tunc conſilio Capituli noſtri pre cunctis aliis uteremur. Interfuerunt huic facto Cono Prepoſitus, Willielmus threſaurarius, Rodulſus Cantor, Willielmus Prior S. Marii, Galterus ſacriſta, Petrus Chey, Joſeph, Giroldus Carbo, Nicholaus de Hyens. Nicholaus de Willens, Magiſter Halanus, Magiſter Adoycus, Uldricus de Vanel, Giroldus Dapifer, Willielmus de Grancon, Petrus de Vileta, Cono de Vonz, Jacobus de Grallie, Petrus de Fruenci, Raymundus de Roveno, Amedeus, Johannes de Coſſonaj, Canonici Lauſanenſes, Hyeblo de Eſcublens, Nicholaus Dapifer, Umbertus Villicus, Petrus de Lauſana, Willielmus Bever, Milites. Actum in veſtibulo Lauſanenſi, Anno incarnacionis Domini MCCXIX. XI. Kal. Februarii, ſigillo noſtro pro firmitatis robore confirmatum. Datum per manum Roderici Cantoris & Cancellarii noſtri.

Digitized by Google

LXXXII.

RUDOLPHI, DYNASTÆ USENBERGICI, LITERÆ DE PRÆDIIS ABBATIÆ TENNEBACENSI VENDITIS.

ANNO MCCXIX.

Ex tabulario Abbatiæ Tennebacenſis.

In nomine Domini. Ego R. de Vſenbe - - - Cum ſimus mortales - - ſciant ergo, quorum intereſt, tam præſentes, quam futuri, quod Joannes de Kencingen Conditione Miles jure proprietatis noſter. Cum haberet agros & prata in vicinia Curtis cujusdam *Langenbogen* Tennibach pertinentis. receptis ex Pacto X. Marcis à Domino C. per idem tempus ejusdem Domus Abbate eosdem agros & quidquid ibi habebat, prato tantum excepto, in manus noſtras reſignavit, non ſolum autem ipſe, ſed & uxor & filii & filie ſue jam dictos agros nobis reſignaverunt, erant enim ut vulgo dicitur *erbilehin.* & ipſe J. Cenſum inde conſtitutum, id eſt XXX. Denn. de manu noſtra feodaliter tenebat. Reſignatis ergo nobis agris eisdem nos & filii noſtri rogatu ejusdem J. eos jam dicto Domino Abbati & fratribus ipſius de Tennibach *ze rehtim erblehen* pro VI. Denn. annuatim exinde perſolvendis in perpetuum conceſſimus poſſidendos. Duos autem ſol: quos adhuc de Cenſu antè dicto ſupererant de prato, quod idem J. ſibi retinuerat annuatim, nobis perſolvi ſtatuentes - - - - - - - - - - item Heinricus de Valkenſtein cum haberet agros & prata in eodem loco de manu

manu noſtra feodaliter receptis etiam ex pacto XII. marcis in ſupradicto Domino Abbate & fratribus ipſius de Tennibach eosdem agros & prata & omnino quidquid ibi habebat, nobis reſignavit. Itemque nobis de predio ſuo proprio tantum aſſignavit et dedit in Villa Endingen, rurſumque de manu noſtra feodaliter recepit, quod ad Valentiam XII. marcarum poterat eſtimari. ſic enim Abbas et fratres ſui nobiſcum et cum ipſo H. de Valkenſtein convenerant. ut nos eodem predio vel alio ſi nobis ita competeret. agros et prata ſupradicta quorum proprietas ad Comitem R. de Habisburch ſpectabat ab eodem Comite eximeremus, et ſepedictus Abbas et fratres ſui eosdem agros et prata taliter coemtos idem à Comite R. nobis libere donatos de manu noſtra *ze rehtim erblehen* reciperent et pro VI. Denn. annuatim exinde perſolvendis in perpetuum obtinerent. his omnibus ita ordinatis nos eis agros et prata, de quibus ante diximus juxta formam ſupra ſcriptam in Campo, qui eſt Gundelvingen et Tenhilingen, in præſentia multorum conceſſimus. Ut autem hæc transactio et Conceſſio - - - ſtabilis etc. Acta ſunt hæc anno ab incarn. Domini M. CC. XIX. XVI. Kal. Decembr. indict. VII. teſtes Comes Egino - - - - teſtes autem prioris donationis, que facta eſt in Caſtro noſtro Kurinbe. in prima porta ſuperiori, eodem anno in proxima ſecunda feria ante aſcenſionem Domini, hi ſunt, Eberhardus Spanhart etc. Sciendum eſt etiam, quod predium, quod Heinricus de Valkenſtein nobis dedit et iterum feudali jure à nobis recepit in Villa Endingen ſitum eſt, et vocatur in volgari Johannes Guot, qui Blatre eſt cognominatus.

LXXXIII.

RUDOLPHI NOBILIS DE USENBERG LITERÆ BERTOLDO ET CONVENTUI TENNEBACENSI DATÆ.

ANNI INCERTI.

Ego Rudolphus, Nobilis de Vſenberch - - Cum omnis Salus hominum a creatore quærenda ſit univerſorum, nos - - - - ipſum clementem Dominum in ſervis ſuis, qui die noctuque ſibi ſerviunt digne duximus honorandum. Religioſis igitur Viris Abbati B. & Conventui de Tennibach, quos in Deo & propter Deum diligimus, hanc fecimus gratiam & dedimus libertatem, ut quidquid miniſteriales & homines noſtri tam nobiles, quam ignobiles de rebus ſuis mobilibus vel immobilibus in Eleemoſynam, Dum ſunt incolumes, Contulerunt eisdem vel etiam in morte legaverint, apud nos & omnes hæredes noſtros, tanquam per nos & in noſtra factum præſentia. ratum maneat & inconvulſum. ne autem &c.

Nota. Rudolphi de Uſenberg ſigillum appendet integrum.

Digitized by Google

LXXXIV.

FRIDERICI II. CHARTA INVESTITURÆ, CUJUS TESTIS MARCHIO BADENSIS.

ANNO MCCIX.

Fredericus ſecundus, divina favente clementia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus & Rex Sicilie Regie Celſitudini ad laudem ſpe-ctat & gloriam, cum fidelium profectibus clemens exponitur, & pie proſequitur deſideria ſubjectorum. Inde eſt quod notum eſſe volumus univerſis imperii fidelibus, tam preſentibus quam futuris, Quod nos, attendentes fidem & devocionem, quam Gaſſus & Jacobus de Locarno fideles noſtri erga Majeſtatem noſtram habere noſcuntur, de ſolita gra-tia et conſueta liberalitate noſtra conceſſimus et inveſtiyimus eos et agnatos ſuos pro recto feodo eorum de omni honore, diſtricto et ſodris, angariis, parangariis, pregariis, advocatiis Eccleſiarum, piſcationibus aquarum, theloneis, et aliis rebus, que ad honorem et jurisdictionem Curie de Scona Tavernula, Cordula, et Menuxio pertinent vel pertine-re poſſent, et eorum Territoriis et circumſtantibus locis, tam in perſo-nis quam in rebus eorum, Item inveſtivimus eos pro eorum recto feodo de omni honore & diſtrictu, fodris, angariis, parangariis, pregariis, advocaciis eccleſiarum, piſcationibus aquarum, theloneis, & aliis re-bus, que ad honorem & jurisdictionem et diſtrictum quo ad imperium pertinent, vel pertinere poſſent in Locarno et in toto plebatu, et cir-cumſtantibus locis ejusdem. Preterea inveſtivimus eos pro eorum recto feodo, de omni honore, diſtrictu, & de omni eo quod ad honorem &

diſtrictum pertinet vel pertinere poſſet, in quibuscumque locis prefati Gaſſus & Jacobus & Agnati eorum de Locarno honorem vel diſtrictum habent vel habere conſueverunt, concedentes eisdem, ut quicquid de predictis rebus contra formam alienatum extitit, liceat eis exigere & in feudum retinere, non obſtante alienatione contra ordinem facta vel indulta hominibus predictorum locorum, nec aliquibus privilegiis vel reſcriptis quondam ab Ottone, ſeu ab aliquo alio contra hos hactenus impetratis, ſtatuentes & preſentes privilegii auctoritate firmiter injungentes, ut nulla omnino perſona alta vel humilis, eccleſiaſtica vel ſecularis predictos Gaſſum & Jacobum & eorum agnatos de predictis omnibus auſu temerario impedire aut moleſtare preſumat; quod qui præſumſerit, quinquaginta libras auri componat, quarum medietas Camere noſtre, altera vero paſſis injuriam perſolvatur. Ut autem hec rata & firma permaneant, preſens privilegium fieri & Majeſtatis noſtre ſigillo juſſimus communiri. Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis Milleſimo ducenteſimo nono decime, menſe Auguſti, Indictione ſeptima, regnante Domino noſtro Friderico ſecundo Dei gratia excellentiſſimo Romauorum Rege ſemper Auguſto & Rege Sicilie. Anno Domini regni ipſius in Germania ſeptimo, & in Sicilia viceſimo feliciter Amen. Hii teſtes interfuerunt Abbas Sancti Galli, Abbas Morbacenſis, Epiſcopus Taurinenſis, Epiſcopus Papienſis; Epiſcop. Cumanus, Epiſcop. Bergamenſ. Epiſcop. Novarienſ. Wilhelmus Marchio Montisferrati, Marchio de Baden, Alſelmus de Juſtinch, Marſchalcus Raynaldus Dux Spoleti, Riccar. Camere, & alii quam plures. Datum apud Hagenowe per manus Conradi Spirenſis & Metenſis, Epiſcopi & Imperialis Aule Cancellarii, anno, menſe & Indictione preſcriptis.

Digitized by Google

LXXXV.

FRIDERICI II. IMP. LITERAE DE COMITE EGENONE AB URACH IN GRATIAM SUAM RECEPTO.

ANNO MCCXIX.

Ex autographo Bada-Durlacenſi.

Fridericus Dei gratia Romanorum Rex Semper Auguſtus & Rex Sicilie. Univerſis civitatibus ſuis & earum ſcultetis tam preſentibus quam futuris gratiam ſuam & omne bonum. Significamus vobis quod nos dilectum conſanguineum noſtrum *Comitem Egenonem de Urach* remiſſo penitus omni rancore, quem erga eum habuimus in plenitudinem familiaris & ſincere gratie noſtre recepimus ac deinceps de augmento ipſius & honore ſolliciti eſſe volumus cum effectu. ut autem gratie noſtre & dilectionis habundantiam eidem comiti manifeſtius conſtare faciamus benignitate regia & cum bona voluntate noſtra reſtituimus ſibi & miniſterialibus ſuis omnes honores eorum cujuscunque conditionis pauperes ſive divites qui poſtquam inter nos & ipſum bellum incepit de civitate ſua Friburch ut de aliis locis ſibi pertinentibus ad civitates noſtras ut ad loca noſtra ad habitandum transmigraverunt. Preterea pepigimus cum iam dicto comite, & firmiter ei permiſimus obſeruandum, quod nunquam de cetero aliquem de hominibus ſuis in ciuitatibus noſtris aut in aliis locis nobis pertinentibus recipiemus. Si forte in illis recepti fuerint quam primum id nobis conſtiterit ipſos homines ei liberos reſtitui faciemus. Quocirca vobis mandamus per gratiam noſtram diſtincte precipientes quatenus ſepeſato Comiti homines ſuosque ſicut

permiſſum eſt ad vos ſe transtulerunt omni occaſione ceſſante reſtituatis & eos a conſortio veſtro removeatis. nec omni modo de hominibus ſuis aliquem recipiatis. Vt igitur omnia hec perpetua gaudeant ſtabilitate. preſentem paginam exinde conſcriptam ſigillo noſtro juſſimus inſigniri.

Datum apud Hagnowe Anno Dominice incarnationis milleſimo ducenteſimo nono decimo. Octavo Idus Septembr. Indictione octava.

LXXXVI.

INSTRUMENTUM RECONCILIATIONIS INTER FRIDERICUM II. IMP. ET EGENONEM COM. DE URACH.

ANNO MCCXIX.

Ex autographo Bada-Durlacenſi.

Fridericus ſecundus divina favente clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Rex Sicilie. Ne proceſſu temporum ab hominum memoria elabantur que inter eos aliquando contrahuntur Regia decrevit ſerenitas. ea litteris publicis commendaremus. Quapropter ad univerſorum tam preſentium quam futurorum notitiam volumus pervenire· quod nos attendentes grata ſervitia que dilectus conſanguineus noſter Comes Egno de Urach nobis jam dudum exhibuit. & poterit in poſterum exhibere. ad removendum inter nos & ipſum omnem diſſenſionis ſcrupulum, in rectam ſibi donamus & largimur proprietatem totam par-

Digitized by Google

tem hereditatis illius & bonorum illorum quam vel que de pecunia noſtra a nobilibus uiris ducibus de Teck comparavimus, & quod ipſe de jure nobis vendere & dare potuerunt. homines vero nec non & alia qualiacunque bona que ſibi nec potuimus nec debuimus de jure donare ipſa jam dicto Comite in rectum & legale Feudum concedimus titulo feudali perpetuo poſſidenda. Preterea quicquid tam nos quam predictus Comes de bonis pie memorie Bertoldi ducis Zeringie in preſentiarum obtinemus id uterque noſtrûm pacifice poſſideat. ſicut ambo poſſedimus facta apud Ulmam inter nos reconciliatione. Et ſciendum eſt quod Comes. E. bonis que tenemus non renunciavit ſed pro ipſis gratiam noſtram præſtolabitur ſi aliquid ſibi facere velimus. Eidem quoque Comiti firma nos obligavimus promiſſione quod de bonis ſuis nunquam ab heredibus ſuis preterea aliquid acquiremus nec pro hoc ei guerram inferamus. ut autem hæc omnia firma permaneant & illibata preſentem paginam inde conſcriptam ſigillo noſtro juſſimus communiri. Hujus rei teſtes fuerunt. Conradus Metenſis & Spirenſis epiſcopus, imperialis aule Cancellarius. Heinricus Baſilienſis epiſcopus. Hugo Marbacenſis Abbas. Sibertus Comes de Werda. Heinricus de Niffen. Comes Ebirhardus de Helfinſtein. Anſelmus Marscalcus de Juſtingin. Evirhardus dapifer de Walpurch. Conradus de Wintirſtetin & alii quam plures.

Datum apud Hagenowe Anno Dominice incarnationis milleſimo ducenteſimo decimo nono. quarto decimo Kal. Octobr. indictione octava.

LXXXVII. B)

EGINO SENIOR COMES DE URACH CONFIRMAT DONATIONEM CURTIS ET MOLENDINI, ABBATIAE TENNEBACENSI FACTAM.

ANNO MCCXX.

Ex autographo Tennebacenſi.

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Ego *Egino ſenior comes de Urah.* omnibus tam preſentibus quam futuris geſte rei noticiam. Cum ſciamus omnipotentis Dei prouidentia celeſtia ſimul & terrena moderari. & nihil ſub ſole aliquatenus poſſe ſubſiſtere , niſi diligenti cura ipſius gubernetur, idcirco nos Beneficiorum ipſius niſi inmemores nec ingrati & ſi condigne non poſſumus, ei tamen pro poſſe reſpondere parati ſumus. Sciant ergo uniuerſi generaliter & dilecti ciues dilecte ciuitatis noſtre *Friburc* ſpecialiter, quod cum Chuonradus bone recordationis qui dicebatur Groze, & uxor ipſius Hiltrudis divina inſpiratione inducti curtim ſuam & molendinum quoddam extrà muros ciuitatis cum omnibus pertinentiis ſuis, id eſt agris, pratis, vineis cultis & incultis, Domuj de *Tennibach* in preſentia ciuium multorum quorum nomina ſubſcripta ſunt, pro ſalute animarum ſuarum liberè & abſolutè ſecundum libertatem quâ eadem ciuitas ab illuſtribus *Ducibus Zaringie Progenitoribus uxoris mee Domine Agnetis Comitiſſe*, cujus ego jure matrimonialis

conſortij

Digitized by Google

conſortij aduocatus exiſto, ab antiquo fundata eſſe dinoſcitur, contulerint, nos quoque eandem donationem ratam & gratam habemus. Preterea cujusdam aque deductionem, per cujus Beneficium agri predicte curtis irrigantur, cujus aque uſum idem C. de manu Ducis Bertholdi feodalitèr habebat. cujus etiam aque proprietas hereditario jure, mediante jam dicta conjuge mea ad nos etiam deuoluta. quam comes Egino filius noſter ad laudem & gloriam, & honorem glorioſe Dej genitricis ſemperque uirginis Marie Domino Abbati Chuonrado & Monaſterio ſupra dicto Ze rechtem herbelehen conceſſit in perpetuum poſſidendam. pro ſolido Brisgaudienſium annuatim exinde perſoluendo. nos quoque eadem ratione inducti pro ſalute anime noſtre conceſſionem uſus eiusdem aque à filio noſtro factam approbamus. & jam dicto cenobio confirmamus. ut autem hec donatio & conceſſio firma perſeueret & ſtabilis permaneat. hanc preſentem paginam ſigilli noſtrj appenſione roboramus. Acta ſunt hec anno Incarnationis Domini. M. CC. XX. VI. id. Auguſti Indictione VIII. Teſtes hujus rej ſunt Dominus Eberhardus Abbas de Salem. Bertholdus minor filius meus. Heinricus cellerarius de Tennibach. Cotfridus Marſchalcus, & frater ipſius Wernherus de Stouphen, Chonradus Sneuwelinus Scultetus. Hugo de Touſelingen. Albertus Chohzo. Johannes Monetarius. Fridericus Beiſcharius, & fratres ejus. Reinboto de Oſſemanningen, & Albertus de Crozcingen & fratres ſui. Heinricus Vazzare. Albertus de Arra. Heinricus Locheli, & alii quam plures.

LXXXVIII. A)

EGINO JUNIOR COMES DE URACH, DOMINUS FRIBURGI, EANDEM DONATIONEM CONFIRMAT.

ANNO MCCXX.

Ex autographo Tennebacenſi.

In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. Ego *Egino Comes de Urah. Dominus Caſtri de Friburc.* Omnibus tam preſentibus quam futuris geſte rej noticiam. Cum ſciamus omnipotentis Dei prudenciam celeſtia ſimul & terrena moderari. & nihil ſub ſole aliquatenus poſſe ſubſiſtere. niſi diligenti cura ipſius gubernetur. idemcirco nos beneficiorum ipſius non inmemores nec ingrati. & ſi condigne non poſſumus. ej tamen pro poſſe reſpondere parati ſumus. Sciant ergo univerſi generalitèr & dilecti ciues dilecte ciuitatis noſtre *Friburc* ſpecialiter. quod cum Chuonradus bone Recordationis qui dicebatur Groce & uxor ipſius Hiltrudis, diuina Inſpiratione Inducti curtim ſuam & Molendinum quoddam Extrà muros ciuitatis cum omnibus pertinentijs ſuis id eſt agris, pratis, vineis cultis & incultis domui de *Tennibach* in preſentia ciuium multorum, quorum Nomina ſubſcripta ſunt, pro ſalute animarum ſuarum liberè & abſolutè ſecundum libertatem quâ eadem ciuitas ab *Auis & Proavis noſtris illuſtribus Zaringie ducibus* ab antiquis temporibus fundata eſſe dinoſcitur, contuliſſent nos quoque eandem donationem ratam & gratam

habuimus. Sed quià agri curtis ejusdem Naturalitèr per ſe ſteriles, neceſſe habent cujusdam aque deductione irrigari, alioquin eſſent inutiles, cujus aque uſum idem C. de manu domini & *auunculi noſtri ducis Bertholdi* feodaliter habebat. ſucceſſione quoque ejusdem aque proprietas, hereditario jure ad nos fuerat deuoluta, nos ad laudem & gloriam & honorem glorioſe dei genitricis ſemperque virginis Marie uſum ejusdem aque domino abbati Chuonrado & Monaſterio ſupra dicto ze rehtem Erbilehin conceſſimus in perpetuum poſſidendum, pro ſolido Brisgaudienſium nobis annuatim exinde perſolueudo. Prætereà ſciendum eſt, quod jam dicti C. & H. prefato Domino abbati & Fratribus ipſius de Tennibach annuatim quamdiu vixerint duos denarios de curia eadem perſolvere conſtituerint. quatenus ratione perſolutionis ſenſus ejusdem ad ipſos & domum predictam pertinere dinoſcatur. ut autem hec rata permaneant & inconuulſa. preſentem paginam conſcribi, & ſigilli noſtri fecimus munimine roborari. Acta ſunt hec anno ab incarnat. domini. M. C. C. X X. VI. id. Aug. Indict. VIII. in ipſa ciuitate Friburc. Teſtes hujus rei ſunt. Dominus Eberhardus abbas de Salem. Bertholdus minor frater meus. Heinricus cellerarius de Tennibach. Cotfridus marſchalcus, & frater ipſius Wernherus de Stouphen. Chuonradus Sneuwelinus. Hugo de Touſelingen. Albertus Chohzo. Johannes monetarius. Beiſcharius Fridricus & fratres ejus. Reinboto de Offemanningen, & Albertus de Crozcingen & fratres ejus. Heinricus Vahzare. Heinricus Locheli. Cotfridus de Tocinchouen & fratres ejus & alij quam plures.

LXXXIX.

EGINONIS COMITIS DE URACH, DOM. FRIBURGI, LITERÆ CONSENSUS, UT ABBATIA TENNEBACENSIS HOMINES QUOSDAM PROPRIOS DONO ACCIPIAT.

ANNO MCCXXI.

Ex Tabulario Tennebacenſi.

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Ego *Egino Comes de Vra Dominus Caſtri de Friburc* omnibus preſentem paginam inſpecturis geſte rei notitiam. Significamus vniverſitati ueſtre quod ad petitionem dilecti amici noſtri Abbatis de Thennibach. Ebirhardo Miniſteriali noſtro de Haſila conceſſimus. quod homines quosdam ſuos proprios quoscunque ipſe ejdem Monaſterio deſignauerit & donare decreuerit. cum bona noſtra uoluntate fiat & Conceſſione. Vt autem ejsdem fratribus nemo poſſit in poſterum mouere Calumniam ſuper eadem noſtra Conceſſione paginam hanc conſcribi fecimus & ſigillo noſtro roborari. Datum Friburc anno ab incarnatione Domini MCCXXI. Indict. IX. XVI. Kal. Junij.

Digitized by Google

XC.

SENTENTIA AB ARBITRIS LATA, QUA BURCARDO, MINISTRO DE KILCHHEIM, JUS PATRONATUS IN ECCLESIAM DE MATRO ADJUDICATUR.

ANNO MCCXXIII.

Ex Tabulario S. Petri Baſileæ.

Albertus de Chrohingin, Rudolphus de Winterſingin Decani & Magiſter Petrus de Rinveldin. Judices a venerabili Çunrado Dei gratia Conſtantienſi Epiſcopo delegati, univerſis Chriſti fidelibus in perpetuum. Cauſam, que vertebatur inter Cunradum Plebanum de Rœtenleim, Hernfridum, Rudolfum, Wolpertum, Burchardum, Wernherum, Wernherum de Matro & Cunradum Parrochianos de *Merget* ex una parte. Albertum Subdiaconum & Burchardum Miniſtrum de Kilchheim ex altera, ſuper Jure Patronatus & ſuper Eccleſia de Matro a premenorato Epiſcopo ſuſcepimus fine canonico terminandam. Partes igitur in noſtra preſentia conſtitute in nos Magiſtrum Hugonem Cantorem Baſilienſem, Burchardum Plebanum de Bondorf & quoſdam alios compromiſerunt voluntarie, juramento hinc inde tam a laicis quam a cleri-

Digitized by Google

ciſ preſtito, quod ratum haberent, quicquid per dictos arbitros ſuper eodem negocio foret unanimiter ordinatum. Sane nos & coarbitri noſtri veritate plenius indagata Jus Patronatus Miniſtro de Kilchheim, Eccleſiam Alberto clerico ſuo unanimi conſenſu adjudicavimus, ita tamen quod quandocunque aliquis clericus a jam dicto Miniſtro de Kilchheim vel ſuis ſucceſſoribus ad Eccleſiam de Matro preſentatus fuerit, debet ab Hermfrido ſuiſque Coheredibus vel eorum ſucceſſoribus peti, ut preſentatus ſibi placeat, eumque pro plebano Eccleſie de Matro recognoſcant. Ceterum ſive conſenſerint ſive reclamaverint, nihilominus tamen preſentatus a ſepe memorato Miniſtro de Kilchheim omni contradictione ceſſante, ſi alias dignus fuerit, debet obtinere. Cunrado Plebano de Rœtenleim, qui in manus noſtras jus quod habebat vel habere videbatur, in Eccleſia de Matro reſignavit, ſuper eadem perpetuum ſilentium imponentes. Actum in Eccleſia Matro anno ab Incarnatione Domini MCCXXIII. III. Nonas May. Teſtes Tiethelmus Prepoſitus, Henricus Scolaſticus Baſilienſis, Rudegerus Prepoſitus S. Albani. Bruna Decanus de Steina, Berhtoldus de Richem, Burchardus de Biſchovingin, Baldolſus de Tannenchilcha, Wernherus de Wolpach, Gotefridus de Kilchheim, Petrus de Hadeſtat, Burchardus de Terwilre, Johannes de Tornacho, Plebani, Arnoldus de Binceheim, Burchardus de Uſheim, Cuno frater pincerne, Cuno de Teliſperch, Cunradns de foro frumenti, Hugo Plecha, Dietricus frater ſuus, Ludewicus de Bladolsheim, Cunradus Robere, *Johannes frater dapiferis, (a)* Fridericus de Mulnheim, Milites, Wernherus de Blanſingin, Algotus de Ramſtein, Ulricus, Cunradus fratres de Kilchheim, Walterus villicus, Dietricus Cunradus, Arnoldus, Baſilienſes, Albertus, Cunradus, Henricus fra-

tres de Blatesheim & alii quamplures. In aſſertionem autem hujus rei preſentem chartam conſcribi fecimus ſigillorum munimine roborantes.

NB. Sententiam hanc confirmavit Conradus Epiſcopus Conſtantienſis IV. non. Jun. 1223.

(a) In ſecundo Inſtrumento deeſt.

XCI.

ABBATISSÆ ANDLAVIENSIS CHARTA ENDINGÆ DATA PRÆSENTE HENRICO MARCHIONE HACHBERGÆ.

ANNO MCCXXIII.

Ex Tabulario Abbatiæ Thennebacenſis.

In nomine Patris - - - Ego Hedewigis Dicta Abbatiſſa de Andila & ejusdem Eccleſie totum Capitulum - - - Notum fieri volumus univerſis - - quod Waltherus miles de Nugirte: Cum eſſet miniſterialis Eccleſie noſtre de Andila omne predium ſuum quod habebat in villa *Endingen* tam vineas quam agros, prata, domos, areas & omnino quidquid habebat, ſuper majus altare & in manus noſtras, ſicut moris eſt, cum Conſenſu & voluntate uxoris ſuæ Gutæ & filii ſui Hu-

gonis reſignavit, quod nos ad petitionem ipſius Waltheri, Guotæ, Hugonis, Monaſterio & fratribus de Tennibach eo pacto & conditione conceſſimus & aſſignavimus ſuper reliquias jam dicti Monaſterii, quas tunc præſentes habebat Dominus Heinricus Cellerarius fratrum eorundem, quod omni feſto Sancti Martini Duo Denarii nobis exinde ſolvantur. Aliud quoque prediolum id eſt Domum & vineam in eadem villa eisdem fratribus ſub eodem Cenſu conceſſimus, quod nobis Adelheidis, uxor Cunonis Græwelarii per manum ſupradicti Waltheri reſignavit, que cum eſſet Civis in Friburc ad Eccleſiam noſtram pertinebat, ideoque per manus noſtras hoc fieri oportebat. procedente tempore cum Dietricus Scultetus de Endingen haberet predium quoddam in Bottingen & antedicti fratres de Tennibach idem predium propter vicinias commodius ſibi reputarent, ſi concambium cum antedicto Sculteto de prediis memoratis facere poſſent; habito inter ſe colloquio & communicato utrinque prudentum virorum Conſilio LX. Marcas ei pro predio memorato Bottingen perſolvere ſtatuerunt, quarum ſexaginta Marcarum, quadraginta ei de prediis ſupradictis, id eſt tam Waltheri de Nugirite, quam Adelheidis antedicte perſolverunt, nam ad valentiam XL. marcarum eadem predia taxata fuerunt cum pratis quibusdam Chencingen ſitis, que ei nihilominus ad memorata predia addiderunt, Deinde ſolutis ſibi XVI. marcis puri argenti adhuc reſtabant quatuor perſolvendae, quas dederunt - - - - filio fratris Waltheri antedicti & ſororibus ejusdem pro predio quodam Endingen ſito, cujus predii Salman erat ipſe Scultetus & frater ejus Colarius, quod pretium ipſe annuentibus illis, id eſt - - - & ſororibus ſuis pro pretio quatuor Marcarum recepit

&

& ſibi retinuit & taliter ſumma LX. Marcarum integraliter fuit perſoluta. ad majorem cautelam prediſti fratres de Tennebach idem predium de Bottingen à Sculteto nobis & Eccleſie noſtre reſignatum de manu noſtra receperunt pro duobus Denariis annuatim exinde perſolvendis. ut autem haec tranſactio firmum robur obtineat. - - - - - -
Acta ſunt haec ab incarn. Domini M. CC. XXIII. IIII. id. Maii. indict. &c. in villa Endingen preſente *Marchione Heinr.* - - - - - -
teſtes & alii quam plures.

NB. Sigillum habet integrum.

XCII.

EXCERPTA EX LITERIS HEINRICI REGIS ROM. DE CLEMENTIA, BERTOLDI V. VIDUA.

ANNO MCCXXIV.

Ex authentico tabularii Dolenſis apud Petrum Franc. Chiffletium in Epiſt. de Beatrice Com Chalon. pag. 113.

Heinricus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis Imperii fidelibus, quibus hæ litteræ oſtenſæ fuerint, gratiam ſuam & omne bonum. Significamus Vobis, quod coram nobis jam pridem apud Bernum in Judicio reſidentibus talis lata fuit ſententia, quod nos Dominam

Clementiam quondam *Ducissam Zeringie* in captivitate, in qua tenetur, debeamus liberare - - altera etiam lata eſt ſententia coram nobis, quod nos predictam Dominam Clementiam mittere debeamus in poſſeſſionem caſtri *Burcdorf* & omnium bonorum, que dive memorie *B. Dux Zaringie* in dote contulit eidem, aut loco ipſius Domine C. patrem ejus Stephanum Comitem Burgundiæ nomine tutoris - - - teſtes Engelbertus Colonienſis, Thiedricus Trevirenſis, Gerardus Biſuntinus Archiepiſcopi, Sifridus Auguſtenſis, Willelmus Lauſanenſis, Heinricus Baſilienſis Epiſcopi, Comes Willelmus Gebennenſis, Comes Rudolfus de Havſpurc, Cuonradus Pincerna de Schipſſa, Eberhardus Dapifer de Walpurc. Datum apud Bernum V. Kal. Jan. Indict. XIII. Anno Dom. incarnat. MCCXXIV. Anno regni noſtri V.

XCIII.

FRIDERICI II. IMPER. LITERAE AD EGENONEM COMITEM DE URACH.

ANNO MCCXXVI.

Ex authentico Bada-Durlacenſi.

Fridericus Rex Dei gratia Rom. Imperator ſemper Aug. Jeruſalem & Sicilie Rex. Dilecto *conſanguineo & fideli ſuo. Egunon. Comiti de Hura*, gratiam ſuam & bonam voluntatem. Cum ex innata celſitudini noſtre clemencia ad gratiam noſtram a qua per indevotionem receſ-

ſeras, propter devotionis meritum quod te deinceps ſperamus non immerito promereri, perſonam tuam reſtituerimus ad plenum & liberaliter & libenter, ob dilectionem & favorem quem erga venerabilem C. Portuenſem Epiſcopum Sacre Romane eccleſie cardinalem fratrem tuum ſpecialiter gerimus & habemus in hoc & in majoribus erga perſonam tuam nos valde propicios & benignos reddere diſponentes, concordiam illam & pacem, que inter Kariſſimum filium noſtrum Henricum Regem Romanorum illuſtrem ex una parte, & te ex altera, aput Spiream deliberato principum noſtrorum qui ibidem aderant conſilio provide extitit ordinata, ratam & firmam habuimus & habemus. Ceterum quia intelleximus ſtrenuitatem tuam crucis ſignaculum pro terre ſancte ſubſidio aſſumpſiſſe, letati ſuimus, ut in ipſo ſancto itinere te fructuoſum & ydoneum ſupportatorem habentes, eo ad condigne remunerationis premia amplianda erga te ſpecialius excitemur, quo tue devotionis merita per cotidianas experientias evidenter ibidem poterimus experiri. Volentes igitur ut conceptum tuum favorabile votum noſtra ſubventione ſecurius & liberius exequaris, fidelitati tue mandamus, quatinus ad exequutionem tam ſancti propoſiti te potenter & magnifice ſtudeas preparare. Nos enim cum ad nos perveneris in paſſagio. triginta vel quadraginta militum vel etiam ampliori tibi libere curabimus providere. In conpetenti & congrua aliorum ſubventione, juxta conſilium memorati cardinalis, cui in hoc & in aliis diſponimus complacere, & etiam fratris H. *(a)* Magiſtri hoſpital. Theuton. devotionem tuam tam

(*a*) De Hermanno de Salza Magiſtro hoſpitalis S. Mariæ Teutonicorum vid. Godefridi Monach. *Annales* ad A. 1224. apud Freherum Tom. I.

Digitized by Google

libenter & liberaliter reſpicere proponentes, quod eidem Cardinali id erit gratiſſimum & acceptum. Tuque proinde ad noſtra obſequia in perpetuum remanebis ſpecialius obligatus. Datum ap. Burg. Sancti Domini XVIII. Julii XIIII. Indict.

(L. S. major.)

Nota: Indictio XIV. oſtendit, Diploma hoc datum eſſe A. 1226.

XCIV.

EXCERPTA EX HERMANNI ET HENRICI MARCHIONUM BADENSIUM DONATIONE HEREDITATIS SUÆ DAGSBURGICAE, ECCLESIAE ARGENT. FACTA.

ANNO MCCXXVI.

Ex Archivo Epiſcopali & maioris Capituli Argentin. ap. Laguille Hiſt. d'Alſace Probat. p. 33.

Hermannus & Henricus fratres Dei gratia *Marchiones de Baden* - - - Univerſam hereditatem in Epiſcopatu Metenſi, Argentinenſi, & Baſilienſi ubicunque ſitam, & ad nos ratione ſucceſſionis per neptem noſtram Gertrudim Comitiſſam bonæ memoriæ filiam Comitis Alberti de Tagisburc, jure ſive proprietario ſive hereditario ſeu alio quoque modo devolutam Eccleſiæ integraliter contulimus memoratæ tam in caſtris, oppidis, villis, poſſeſſionibus quibuscunque, hominibus ruſticis ſcilicet miniſterialibus & vaſallis, &c. Ad majorem autem cautelam & effica-

ciam poſſeſſionum prediſtarum, vocabula quedam propriis & cunctis nominibus duximus exprimenda. Caſtrum videlicet Tagisburc, caſtrum Girbaden, caſtrum Bernſteln, caſtrum Egensheim cum omni jure & pertinentiis univerſis. Acta ſunt hæc anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſexto, quarto nonas Novembris.

XCV.

SENTENTIA DEFINITIVA PER SIGEBERTUM COMITEM DE WERDA ET HENRICUM EIUS FILIUM LATA, QUOD HAEREDITAS DE QUA INTER HERMANNUM ET HENRICUM MARCHIOMES BADENSES, NEC NON DUCEM BRABANTIAE CONTENTIO ORIEBATUR AD IPSOS MARCHIONES PER OBITUM COMITISSAE DE DAGSPURG SORORIS EORUNDEM DE JURE SIT DEVOLUTA, QUAM QUIDEM HAEREDITATEM MARCHIONES PRAEFATI BERTOLDO EPISCOPO AC ECCLESIAE ARGENTINENSI DONAVERUNT.

ANNO MCCXXVI.

Ex archivo maioris Capituli Argent. ap. Laguille l. c. p. 34.

SIGEBERTUS Dei gratia, Comes de Werde & Henricus filius ejus Comites Alſatiæ, omnibus hanc paginam inſpecturis ſalutem in perpetuum. Noverint univerſi præſentes & futuri qualiter nobilibus viris *Hermanno* & *Henrico Marchionibus de Baden*, coram nobis in judicio

publicè conſtitutis ſuper hæreditate quadam filiæ ſororis eorundem, Comitiſſæ videlicet de Dagsburg, quam ad ſe hæreditario jure devolutam affirmabant, cum inſtantia ſibi juſtitiam petiverunt exhiberi, aſſerentes quemadmodum & verum eſſe conſtat in præſentia Regis & Principum in ſolenni Curia Wurmatienſi, ejusdem hæreditatis quæſtione coram eisdem cum adverſario Duce videlicet Brabantiæ, in judicium legitimè deducta ſit per Principes dictos, ſententiatum fuiſſe, & univerſi qui ſe aliquid juris habere contenderent in hæreditate memorata coram illo Comite in cujus Comitia eſſet hæreditas ipſa ſita, deberent ad invicem experiri. Nos igitur qui ſecundum jus terræque noſtræ conſuetudinem antiquam & approbatam præfatos Marchiones totius hæreditatis ſupradictæ veros ſolos & proprios hæredes invenimus, ipſam eis per ſententiam deffinitivam, ſine contradictione qualibet adjudicavimus univerſam & ſententia ſolemniter lata Nobiles ſupradicti totam hæreditatem eandam cum omni jure & pertinentiis ejusdem, Venerabili Domino noſtro Bertholdo Argentinenſi Epiſcopo, & Eccleſiæ ſuæ liberè ac donatione perpetua contulerunt ibidem. Acta ſunt hæc anno Domini MCCXXVI menſe Decembri juxta villam Holtzheim, præſentibus iis Reinhardo Præpoſito, Ulrico Scolaſtico, Arnoldo Camerario, Canonicis Argentinenſibus, Henricq & Ludovico fratribus de Lichtenberg, Burkardo de Gerolzek, Ottone de Ochſenſtein, Alberto & Burkardo Begeronibus, & aliis quam pluribus.

XCVI.

HEINRICUS REX ROMANORUM EGENONI COMITI FRIBURGENSI JUDÆOS FRIBURGI CAPTOS CONDONAT.

ANNO MCCXXX.

Ex autographo tabularii Bada-Durlacenſis.

Heinricus Dei gratia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus. Vniuerſis Imperii fidelibus, quibus preſens ſcriptum exhibitum fuerit, Gratiam ſuam & omne bonum. Ad noticiam vniuerſorum cupimus ex inſinuatione preſentium peruenire, quod nos dilecto fideli noſtro *Comiti Egenoni de Friburc*, eo quod Judeos noſtros apud Friburc captiuauit omnem rancorem & indignationem, quam exinde contra ipſum habuimus, remiſimus ex toto corde. Mandamus itaque ſub obtentu noſtre gratie firmiſſime precipientes, quatinus nullus auſu ductus temerario, prenotatum Comitem vel homines ſuos, ad querimoniam alicujus Judei gravare vel dampnificare preſumat. Quod, qui attemptauerit, grauem offenſam & indignationem noſtre celſitudinis ſe nouerit incurſurum. Vt autem maior certitudo ſuper premiſſa remiſſione in poſterum habeatur, preſens ſcriptum ſigillo noſtre celſitudinis communitum memorato Comiti precepimus exhiberi. Teſtes, qui interfuerunt hii ſunt: Venerabilis Abbas Sancti Galli. H. Pronotarius *H. & H. Marchiones de Baden.* Com. A. de Hauſpurc. Com. H. de Alſacia. G. de Hohen-

Digitized by Google

Ioh. de Rapoldeſteine. E. de Walpurc dapifer. L. & E. de Grindelahe & alii quamplures. Dat. apud Briſacum Anno Domini MCCXXX. Idus Auguſti Indictione Tercia.

(L. S. maj.)

XCVII.

HERMANNI V. MARCHIONIS BADENSIS LITERÆ FUNDATIONIS PRÆCEPTORIÆ ORDINIS TEUTONICI IN ULMA.

CIRCA ANNUM MCCXXX.

Ex tabulario Bada - Durlacenſi.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis HERMANNUS *Dei Gratia Marchio* de *Baden* omnibus tam præſentibus, quam futuris Salutem, & veritati teſtimonium non negare. Labilis humanæ fragilitatis memoria neceſſario ſcripturarum requirit adminiculum, ut cum aliqua fiunt a modernis, quæ ſunt memoria digna, ſcripto commendentur, ne à poſteris ignorantiæ aut oblivionis vitio indebite retractentur. Noſſe itaque cupimus univerſitatem fidelium, quod cum dilectiſſimus beatæ recordationis Germanus frater noſter *Fridericus*, igne Sancti Spiritus ſuccenſus, ſe ipſum abnegaſſet, & aſſumpta cruce Dominum ſequi deſideraſſet, nos felici propoſito ipſius congaudentes ut laboris ſui participes mereremur fieri, fideliter ipſi permiſimus, quod quamcunque partem proprietatis tam ſuæ quam noſtræ, pro remedio animæ ſuæ Domino vellet conferre oblatio-

oblationem ipſius, conſenſu noſtro firmaremus, ſuper hoc literas noſtras ipſi dantes conſenſus noſtri teſtimonium continentes. Cum igitur idem frater noſter ad terram promiſſionis proſpero itinere perveniſſet, ubi tandem viam univerſæ carnis ingrediens pro remuneratione divina, omnem proprietatem ſuam & noſtram in *Ulma* tam in agris quam in paſcuis. molendinis, aquis piſcariis, nemoribus, & omnibus eidem proprietati attinentibus, Fratribus Domus Hoſpitalis Teutonicæ Sanctæ Mariæ in Hieruſalem contulit proprietatis nomine & pleno jure perpetuo poſſidendum, ſuper hoc litteras ſuas nobis dirigens, & poſtulans, ut ſicut promiſimus factum ſuum conſenſus noſtri robore firmaremus. Nos itaque promiſſionis noſtræ non immemores ſæpe dicti fratris noſtri factum ratum habentes, & donationis ipſius auctoritate noſtri conſenſus roborantes, memorata proprietate fratribus prædictæ domus cum omnibus attinentiis pleno jure, ſicut ſupra taxatum eſt, communicato uxoris noſtræ *Irmingardis* conſenſu donavimus, perpetua pace, & quiete, absque omni Heredum noſtrorum reclamatione liberam poſſidere. Quare, ne aliquis ſæpe dictos fratres in hac donatione quoquo modo moleſtet, vel impediat, hanc eis chartam dedimus, ſigilli noſtri munimine cum ſubſcriptione Teſtium, qui eidem facto præſentes aderant, roboratum. Teſtes vero ſunt hi, Ludovicus Dux Bavariæ, *Hermannus*, *Marchio de Baden*, Bertoldus de Alenveld, Kobolt de Wolmohus, Wigandus de Alreia, Burckardus ſenior & junior de Rode, Cunradus de Caleoſe, Siſridus de Rintpuren, Siſridus de Butekeim, Henricus de Salbach.

(L. S.)

Digitized by Google

XCVIII.

HERMANNI MARCHIONIS BADENSIS LITERÆ QUIBUS ECCLESIÆ S. PANCRATII IN BAKNANG JUS PATRONATUS IN LANDSIDLEN DONAT.

ANNO MCCXXXI.

Ex Manuſcripto Gamanſiano.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Univerſitati tam preſentium quam futurorum innoteſcat, quod ego *Hermannus Marchio de Baden* inſtinctu Divino compunctus, præſentiumque virorum conſilio fretus Eccleſiæ Sancti Pancratii Martyris in Bagnang, quæ ſæpius per me meosque fautores læſa eſt, ad reſtaurationem diſpendiorum a me ei illatorum jus Patronatus Eccleſiæ in *Landtſidlen* cum omni jure in decimis, in agris, in pratis, in aquis, in aquarum decurſibus, in campis, in nemoribus, & ſic cum univerſitate ad ſuſtentationem omnium ibidem Deo famulantium pro remedio animæ meæ fideli largitione dicavi. E contra ejusdem loci præpoſitus communiterque ibi Conventus me petente montem in *Richenberg*, ubi nunc caſtrum ſitum eſt, usque ad ſecundum vallem, ac locum in Cottenwaller, quam contra ſalutem animæ meæ ſubtraxeram, ubi quondam uberrima prata floruere, pia voluntate mihi contra dederunt: ita tamen ut hæredes mei nunquam in eodem loco Molendinum fundare præſumant: Præterea Mo-

lendinum ſub *Eichenberg* quod in prædio ſæpe dictæ Eccleſiæ indebitè ſtruxeram, poſt obitum vitæ meæ cum omni jure usquequaque eidem conventui aſſignavi. Et ut hæc inconcuſſa & inconvulſa perpetuo maneant, munimine ſigilli noſtri confirmamus. Peracta ſunt autem hæ Anno ab Incarnat. Domini MCCXXXI. regnante inviƈtiſſimo Imperatore Friderico, ſub Diethro ejusdem loci præpoſito. Hujus rei teſtes ſunt Ulricus de Helffenſtein, Albertus de Roſſewag, Henricus de Preweu, Albertus de Ilsvelt, Herbrandus de Hohenberg, Gregorius Prothonotarius, Conradus de Rote, Engelhardus de Windecke, Conradus Schoble, Albertus de Rodde.

XCIX.

MARCHIO HENRICUS HACHBERG. VILLAM ET ECCLES. IN MUOSBACH. ABBATIAE TENNEBAC. TRADIT.

ANNO MCCXXXI.

Ex Archivo Tennebacenſi.

Duplex eſt utilitas benefacta quorumlibet & Magnatum & Principum maxime ſcripture teſtimonio committere, videlicet ut & rei ſervetur veritas & ut a bonis exemplum ſumentes alii ſimilia pietatis opera ſtudeant & ipſi perpetrare.

Noverint igitur omnes tam futuri, quam preſentes, quod pie memorie *Marchio Heinricus* adhuc vivens, cum in quodam ſancto die Paraſceven in Tennibach divino intereſſet officio inſtinctu divino commonitus ſepulturam & teſtamentum ſuum, quod antea ſepe prolocutus fuerat, ibidem ordinavit & ſtatim inſequenti Paſchali ebdomada ſecundum quod ordinaverat apud Tennibach in *Caſtro Burchhem*, Domina ſua preſente aç conſentiente cum duobus filiis ſuis, effectui mancipavit, libera traditione donans B. Marie ſemper virgini Tennibach & fratribus ibidem Deo famulantibus Villam & Eccleſiam in Mousbach, ſilvam cum hominibus & cunctis attinentiis jure perpetuo poſſidenda. Eo autem non multo poſt tranſacto tempore de hoc mundo ſublato, prefata Domina ſua cum filiis coram multis viris honeſtis, qui ſepulture intererant, donationem à vivo factam ſub defuncto renovans, iteravit, preſentem paginam in teſtimonium rei geſte ſcribi faciens, ſigillo viri defuncti roboratam. Teſtes hujus rei qui preſentes intererant ſunt hii. R. de Ouſenberc. B. de Æſchibach. W. & O. de Stouffen. W. de Horenberc. Der Koler ſenior & junior. C. de Bodemen. Advocatus de Limperc. der Riſe. E. de Baldingen. Abbas de S. Petro. R. Abbas & totus Conventus de Tennibach. H. Novi Caſtri Decanus & alii quam plures. Facta eſt autem hec donatio A. Dom. M. CC. XXX. primo.

C.

BURCARDUS ET RUDOLPHUS FRATRES DE USENBERG ABBATIÆ TENNEBACENSI CONCEDUNT REDEMPTIONEM VILLÆ MUOSBACH OPPIGNERATAM SIBI AB H. MARCHIONE BADENSI.

CIRCA ANNUM MCCXXXI.

Ex autographo Tennebacenſi.

Nos Burcardus & Rudolfus fratres de Uſenberg, notum facimus univerſis preſentem literam inſpecturis, quod nos reverendis in Chriſto Domino Abbati Rud. & Conventui in Tennibach dedimus pro XXV. Marcis argenti villam Muosbach redimere, abſque ſilva & Eccleſia, que nobis ſingulariter, cum ad villam non pertinerent, ſtabat in pingnore pro triginta Marcis argenti, pro quibus R. Domino ac patre noſtro de Uſenberg à Domino *H. Marchione de Baden* fuerat nomine pignoris obligata, qui & prefatis Dominis de Tennibach ſilvam & Eccleſiam ac villam in vita & in morte pariter cum conſenſu filiorum ſuorum, cum hominibus & omni jure, quo ipſe eadem bona poſſederat, ab Anteceſſoribus ſuis, ſicut nos & alii quam plures, qui viderant, libere donavit. In hujus ergo rei teſtimonium preſentem literam prefatis Dominis de Tennibach ſigilli noſtri munimine dedimus roboratam.

CI.

INSTRUMENTUM TRANSACTIONIS INTER ABBATEM ET CONVETUM S. BLASIJ ET H. JUNIOREM, MARCHIONEM BADENSEM, SUPER MONTEM SAUSENBERG.

ANNO MCCXXXII.

Ex autographo S. Blaſiano.

In nomine Patris & filii & Spiritus Sancti Amen! Nos Chunradus divina providentia Conſtant: Eccleſie Humilis Epiſcopus univerſis preſens ſcriptum intuentibus notitiam geſte rei.

Ne labantur cum tempore, que geruntur in tempore, ideo perquam neceſſarium eſt geſta ſcriptis memorie commendari. Noverint igitur tam preſentes quam poſteri quod nos de voluntate & conſenſu H. divina miſeratione venerabilis Abbatis Sancti Blaſij in nigra ſilva & ſui conventus litem ſeu controverſiam, que vertebatur inter ipſos ex una, & *H. Nobilem Marchionem juniorem de Baden* ex parte altera ſuper *monte, qui dicitur Suſinberc*, ſopivimus in hunc modum, ut videlicet utraque pars juramento confirmaret, quicquid ſuper dicta controverſia ſtatueremus, illud inviolabiliter ſine contradictione qualibet obſervarent. Preceptum ergo, juramento preſtito, tale fuit: ut primodictus Marchio cum uno ex tribus, qui coram nobis nominati fuerunt, ad preſentiam

Domini Regis accederet, & ſuper hac concordia, ſi poſſet, conſenſum Regium impetraret, & literis ipſius ſuper hoc habitis ipſas Abbati & Conventui preſentaret. quibus habitis dictus Marchio dicto Abbati & conventui predium ſitum in *Vringin* aut *Endingin*, vel ſi hoc habere non poterit, quod ſit inter *Friburc* & *Rinveldin*, de quo ſine dampnis & expenſis duas Marchas argenti percipere poſſint, bona fide ſine fraude conferat, & aſſignet, ab ipſis libere poſſidendum, & in eodem predio Advocatum, quem voluerint, eligendum. Iſtud autem predium an ſit ad predictos reditus ſufficiens, & in loco competenti ſitum, erit in arbitrio duarum perſonarum ab ipſo Abbate & Marchione eligendarum. Predictus Marchio ſub eodem juramento promiſit, ut nihil omnino de cetero preter ſervitium temporibus B. Ducis ſolitum per ſe vel per ſuos exigat vel percipiat de Curtibus eccleſiæ S. Blaſij in Brisgaugia conſtitutis.

Quo rite completo Abbas & Conventus quandocunque predictus Marchio petierit, ſine qualibet contradictione, cum omni cautela, quam voluerint, dicta lite cedat, renunciando omnibus actionibus tam realibus quam perſonalibus ſuper dicto monte ſibi aut ſuis Succeſſoribus ab Abbate vel ſuis Succeſſoribus unquam de cetero ſuſcitandis ipſi Marchioni omne jus omnemque poſſeſſionem ſeu dominium, quod in ſepe dicto monte habent, libere ſine dolo & fraude conferant, & aſſignent. ut autem hec inconcuſſa permaneant, preſentem cedulam ſigilli noſtri duximus munimine roborandam. Ego Abbas communicato fratrum meorum conſilio ſigillum meum appendo & conſentio omnibus ſupradictis. Ego Marchio ſigillum meum appendo, conſentiens omnibus ſupra ſcriptis. Acta ſunt hec apud Sanctum Blaſium in Capella Sancti Johannis Bapti-

Digitized by Google

ſtæ. Anno Dominice Incarnationis MCCXXXII. X. Kalend: Julij Indictione V. preſentibus his teſtibus ad hoc rogatis. H. Abbate Sancti Blaſij. Arnoldo Priore. B. Hoſpitalario. H. Cuſtode. H. Prepoſito in Zurigove. H. Prepoſito in Burgilon. H. Capellano. Monachis Sancti Blaſij. Magiſtro Ortolfo Scolaſtico Conſtant. W. flore Canonico Thuricenſi & Marchione. A. Nobili de Warte. H. Monacho Milite Baſilienſi Olrico Plebano de Kilchdorf.

(L. S.) (L. S.) (L. S.)

CII.

LITERÆ BERTOLDI A TECK, EPISCOPI ARGENTINENSIS DE PUERIS B. M. MARCHIONIS IN TUTELAM SUAM RECEPTIS.

CIRCA ANNUM MCCXXXII.

Ex Archivo Bürglenſi.

B. Dei gratia Epiſcopus Argentinenſis, omnibus hoc ſcriptum intuentibus ſalutem in vero ſalutari. Univerſitati veſtræ præſentibus litteris ſignificamus, quod Monaſteria de Bürgelen & Sitzenkilche cum bonis & hominibus eorundem, ſicut & alia bona conſanguineo-

ſanguineorum noſtrorum puerorum videlicet bonæ memoriæ Marchionis ſub noſtra protectione recipimus, ſcientes quod quicumque ipſos in bonis ipſorum invadere, vel damnificare præſumpſerit, nos graviter in hoc offendiſſe.

Nota. Hæc Charta poteſt referri ad A. 1232. & Bertoldo I. Epiſcopo Argentinenſi adſcribi, qui ex Ducum Teccenſium familia fuit, atque circa A. 1224. Epiſcopatum accepit. Hermannus & Henricus fratres, Marchiones Badenſes, A. 1226. omnia bona & jura, quæ illis ex hereditate Gertrudis, Comitiſſæ de Dagisburg, viduæ Alberti Comitis poſtremi, obvenerant, Bertoldo huic conceſſerunt Epiſcopo. Vid. *Alſatia Illuſtr.* T. II. Non mirum ergo, Bertoldum hunc Epiſcopum Henrici Marchionis, A. 1231. mortui, filiorum, qui minoris adhuc erant ætatis, atque hinc *pueri* vocantur, curam geſſiſſe. Vocat eos *Conſanguineos ſuos*, quod ipſe Teccenſis fuerat, quæ familia a Zaringenſibus prodiit, ut familia Badenſis.

CIII.

LITERAE EXCUSATIONIS EX MEMBRANA AUTOGRAPHIA IN ARCHIVO SECRETO VATICANO, AD CUJUS CALCEM PENDENT DUAE LIGULAE MEMBRANACEAE, QUIBUS OLIM APPENSA FUERANT SIGILLA.

ANNO MCCXXXII.

Reverendo in Chriſto Patri ac Domino ſuo Domino Gasberto Dei gratia Arelatenſi Archiepiſcopo Domini Papæ Camerario ſui devoti, & humiles Johannes de Tor Decanus, & Magiſter Hermannus de Stotka Canonicus Conſtantienſis cum omni ſubjectione reverentiam in omnibus tam debitam, quam devotam. Paternitati veſtræ ſignificamus, quod cum hoc anno eſſemus in Curia Romana miſſi per Reverendum Patrem noſtrum Dominum Ruodolfum Epiſcopum, & Capitulum noſtrum, & - - - Cives Civitatis Conſtantienſis ad Sanctiſſimum in Chriſto Patrem, & Dominum noſtrum Dominum Johannem divina providentia Sacroſanctæ Romanæ & Univerſalis Eccleſiæ Summum Pontificem pro obtinenda divinorum celebratione, ex parte veſtra non arreſtati, vel prohibiti, quod ſine licentia veſtra non exiremus Curiam, ſed ſimpliciter citati fuimus per Curſorem Domini Papæ quemdam, ut coram vobis in Palatio Domini Papæ comparere deberemus decima die exeunte Menſe Majo ad reſpondendum in jure Jacobo dicto Grieſſemberch, quo termino devote comparuimus in Curia habitationis veſtræ ſedentes cum Adverſario noſtro prædicto ab hora veſpertina usque circa noctem ſed

propter neceſſarias occupationes veſtras ipſe fuit terminus circumductus. Deinde iterum auctoritate veſtra fuimus citati per alium - - Curſorem Domini Papæ, ut nona die exeunte Menſe Majo coram vobis comparere deberemus ad reſpondendum prædicto Jacobo in jure, ut prius. quo termino ſimiliter comparuimus humiliter, & devote, & habita præſentia veſtra propoſuimus coram vobis, quod Dominus noſter Summus Pontifex Dominus Papa hujusmodi cauſam, et cauſas ad ſuum, & Apoſtolicæ Sedis examen ſpecialiter revocavit cum inhibitione, & decreto, ſuper hoc etiam certis Executoribus deputatis, & oſtendentes vobis ſuas litteras bullatas de hoc allegantes etiam jus revocandi domum, & in tantum inſtantes, quod dixiſtis eatis, de illa cauſa nihil eſt Nobis commiſſum, & benigne Pater hiis propoſitis, & oſtenſis, & veſtra ſancta, ac juſta reſponſione confiſi expeditis noſtris competenter negotiis receſſimus non contumaciter vel furtive, ut prædictus Jacobus falſe aſſerit de Curia, ſed palam in ſocietate etiam magna ad propria, quamvis cum magnis tribulationibus redeuntes. Verum quia Reverende Pater male informati, ut credimus, ad falſi ſuggeſtionem, & veri ſuppreſſionem præfati Jacobi aſſerentis nos ſine omni comparitione furtive, & contumaciter de curia receſſiſſe denuo nos citare feciſtis, ut a tempore ipſius citationis intra Menſem, qui nimis brevis fuit terminus Nos in Palatio prædicti Domini Noſtri Papæ coram vobis debeamus perſonaliter præſentare ad reſpondendum in jure Jacobo ſæpe dicto. Et licet in quantum deberemus, et poſſemus comparere coram vobis eſſemus parati humiliter, et devote; Tamen quia eundi de Conſtantia ad Curiam Avinionenſem ſunt tantum duæ viæ uſitatæ, una pèr Civitatem Lau-

Digitized by Google

ſanenſem, et alia per Civitatem Biſuntinam, et in utraque via tantæ ſunt diſcordiæ, atque guerræ etiam notoriæ inter Dominos - - - Duces Auſtriæ, Duces Burgundiæ, *Marchionem de Baden*, Lauſonenſem, et Baſilienſem Epiſcopos, - de Sabaudia, - de Ehiburch, de Viſſemburch, et de Novocaſtro Comites, inter Oppida Beronenſe, et Friburgenſe Lauſanenſis Diœceſis, ac prædictorum adjutores, et fautores, in qua etiam diſcordia nos in reditu noſtro de Curia in una dictarum viarum in Oppido Romans Viennenſis Diœceſis cum aliis quindecim honeſtis Perſonis, Prælatis, Canonicis, Militibus, et aliis Nobilibus per - - dictum Enhardum et Claromonte ſine omni cauſa fuimus captivitati, & in alia via Rudolfus quondam præfati Jacobi Adverſarii noſtri frater apud Civitatem Turinacenſem ſpoliatus extitit, & occiſus, propter diſcrimina, & pericula viarum hujusmodi, & propter metum, qui poteſt cadere in conſtantes viros non poſſumus, nec audemus aliqualiter comparere. Super quo ecce damus Johanni dicto Gutanger Nuncio, & excuſatori noſtro inhibitori præſentium ſpeciale mandatum in animas noſtras jurandi prædicta eſſe vera. Supplicamus pietati veſtræ, quatenus ex cauſis præmiſſis nos a comparitione perſonali habere dignemini excuſatos. Ad informationem etiam præmiſſorum ipſe Nuncius præfatas Litteras revocatorias veſtræ venerandæ circumſpectioni, ſi placuerit, exhibebit. In quorum evidentiam ſigilla noſtra præſentibus ſunt appenſa. Datum Conſtantiæ Anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſecundo die ſecunda Menſis Octobris Indictione prima.

CIV.

EXCERPTA EX HEINRICI REGIS ROMANORUM SENTENTIA CONTRA HERMANNUM MARCHIONEM DE BADEN PRO ECCLESIA BASILIENSI ET EGINONE COMITE FRIBURGENSI DE ARGENTIFODINIS ET CUSTODIA SILVARUM PER BRISGOVIAM.

ANNO MCCXXXIV.

Extat apud Goldaſt. Catholicon rei monet. pag. 101. & Du Mont. Corps Dipl. T. I. P. I. pag. 173.

HENRICUS Dei Gratia Romanorum Rex &c. dilectus Princeps noſter Henricus Baſilienſis Epiſcopus in ſolemni Curia apud Franckinfurtum coram Nobis & Principibus, ubi præſentes erant *Marchio de Baden* & *Egino Comes de Friberc*, contendentes de argentifodinis & cuſtodiis ſilvarum per Briſgaugeam, quod vulgariter Wildpann dicitur. Obtinuit & evicit per Privilegium ſuum ipſas argentifodinas & cuſtodias ſibi & eccleſiæ ſuæ attinere. Et ipſum Eginonem Comitem de Friberc eisdem ab ipſo & Eccleſia ſua legitime infeudatum. Nos itaque conſiderantes ipſius Principis devotionem & quod ſufficienti teſtimonio probaverat, prælibata ſuæ eccleſiæ attinere, memoratum Eginonem Comitem per ſententiam approbatam de providentia Conſilii noſtri miſi-

Digitized by Google

mus in poſſeſſionem bonorum præſcriptorum & eadem ipſi Comiti & hæredibus ſuis regia autoritate confirmamus &c. Actum apud Franckinfortum. Anno Domini milleſimo, ducenteſimo, trigeſimo quarto XV. Calend. Martii, Indictione ſeptima.

CV.

DIPLOMA HEINRICI REGIS ROMANORUM QUO EGINONI *COMITI FRIBURGENSI* FLUMINA BRISGOVIAE ALIAQUE IN FEUDUM CONFERT.

ANNO MCCXXXIV.

Ex Archivo Bada-Durl.

HEINRICUS Dei gratia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus Univerſis Imperii ſui fidelibus gratiam ſuam & omne bonum. Innata nobis requirit benignitas devotorum noſtrorum & Imperii devota obſequia ſereno vultu reſpicere & eorum promocionibus tanto amplius intendere, quanto ipſorum obſequioſa voluntas ſe ſervilem ſtuduit exhibere. Hinc eſt, quod nos adtendentes fidelia obſequia & devota, que fidelis noſter *Comes Egeno de Friburg & de Urach* in diverſis agendis nobis & Imperio hactenus exhibuit, & que ſua devocio in antea poterit

. exhibere, ipſum hiis fluminibus, Renchental, Wiſen, Brigen, Kinzechen usque Gengenbach & nominatim Milenbach, Elzach, Treyſonia, Brega & Danubio usque ad Ymmendingen cum univerſis Rivis, qui prediſtis fluminibus recipiuntur, & cum eorundem fundis nec non univerſis Montanis eisdem fluminibus & Rivis ſuperjacentibus, maxime cum de noſtro fideliter ſit conſilio, & de noſtra ſit familia, de regia munificencia eundem duximus infeodandum. Volentes, ut quidquid auri in ſupradiſtis fluminibus ſive in Rivis ac univerſis fundis eorundem invenerit, & quidquid invenerit argenti in montanis, hec ad ſuam ſuorumque heredum jure feodali, ſine omni contradiſtione cedant utilitatem. Ut autem prediſta noſtra gracia eidem maneat inconcuſſa, preſentes ei damus literas ſigillo noſtro roboratas. Aſta ſunt anno MCCXXXIIII. Datum aput Egram II. Idus Julii Indiccione VIIma.

(L. S. major.)

CVI.

FRIDERICUS II. RESTITUIT IN INTEGRUM HERMANNUM V. *MARCHIONEM BADENSEM* CONTRA VIOLENTIAS HENRICI VII. ROMANORUM REGIS FILII SUI. CONFIRMAT QUOQUE CONCAMBIUM CIVITATUM ETTLINGEN ET DURLACH PRO PROPRIETATE IRMENGARDIS UXORIS EJUS IN BRUNSVIC.

ANNO MCCXXXIV.

Ex autographo Badenſi.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, Jeruſalem & Sicilie Rex. Per preſens ſcriptum notum fieri volumus univerſis Imperii fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod olim preſentes in Alemania meminimus obligaſſe *Hermanno Marchioni de Baden* fideli noſtro civitates *Louſen*, *Sunnesheim* (a) & *Eppingen* pro duobus milibus & trecentis marcis argenti & in feodo ſibi dediſſe civitatem *Etteningen* (b) & civitatem *Durla* (c) in proprietatem pro bonis quæ ſibi ex parte uxoris ſue de proprietate in *Brunſvic* contingebant, juxta tenorem privilegii noſtri exinde ſibi indulti. Et quia per Virum illuſtrem Romanorum Regem *Henricum* filium noſtrum coactus eſt de predicta

(a) Sinsheim in Palatinatu. (b) Ettlingen. (c) Durlacum.

cta ſumma remittere mille marcas & indultum noſtræ celſitudinis privilegium reſignare & quod civitates predicte non tenerentur obligate ſibi niſi pro mille trecentis marcis argenti. Nos volentes mandatum & obligacionem noſtram in ſua ſicut ante conſiſtere firmitate preſentis ſcripti autoritate mandamus, quatenus civitates predicte obligacioni duorum milium & trecentarum marcarum argenti ſubjaceant, & a modo teneantur ſicut nobis in Alemania exiſtentibus obligatæ fuerunt non obſtantibus litteris ab eodem Marchione dicto Regi filio noſtro factis. Statuimus igitur & mandamus quatenus nullus ſit qui dictum Marchionem vel heredes ſuos contra preſentis obligacionis noſtre paginam impetere vel moleſtare preſumat. Quod qui preſumpſerit indignacionem noſtri culminis ſe noverit incurſurum. Ad cujus rei memoriam preſens ſcriptum fieri & bulla aurea typario noſtræ majeſtatis impreſſa juſſimus communiri.

Datum apud *pretinam (b)* anno Dominice Incarnationis milleſimo ducenteſimo triceſimo quarto menſe Novembri octave Indictionis.

(*b*) Apud *Bretinam* villam Lotharius Imperator ex Italia rediens A. 1137. mortuus eſt, haud procul Tridento. DODECHINVS *Breduwan*, CHRONOGRAPHVS SAXO *Breduuan*, Chronicon Montis Sereni *Bredinam* villam ad hunc annum vocant.

CVII.

EGINONIS COMITIS FRIBURGENSIS LITERÆ DONATIONIS PRO ABBATIA TENNEBACENSI.

ANNO MCCXXXIV.

Ex autographo Tennebacenſi.

Egino Dei gratia Comes de Urah. & Dominus in Friburc. omnibus in perpetuum geſte rei noticiam. Cum. H. Sacerdos deuotus dictus de *Erſthein*, ex conſenſu fratris ſui Magiſtri A. de *Andela.* Sacerdotis uites ſuas quas habuit in *Wimarſtal.* beate virgini in Tennibach, & fratribus ibidem Deo ſeruientibus pro remedio contuliſſet animarum. nos quoque cum uxore noſtra. a mercedis eterne Zelo ſuuccenſi. quartam partem in eisdem uitibus. que noſtri juris erat annuatim. dilectis ac familiaribus noſtris predictis fratribus pie remiſimus. perpetuo poſſidendam. duos tantum Calcios qui dicuntur Boti. Singulis annis pro Cenſu ab ipſis recepturi. Inſuper hoc ordinauimus. ut in Comemoratione omnium fidelium defunctorum noſtrorum & omnium Parentum noſtrorum anniverſarium agant annuatim. Copioſius etiam quam conſuetudo ſit eodem Die jam dictis fratribus refectionem miniſtrando. ut autem preſens factum noſtrum. à nullo Heredum uoſtrorum infringi ualeat in poſterum preſentem paginam in teſtimonium eis dedimus. . ſigilli noſtri munimine roboratam. hujus rei teſtes ſunt. Abbas Celle Sancti Petri. & Camerarius ejuſdem loci. W. Monachus de Tennibach. Fr. C.

Digitized by Google

Torto. Nobilis. B. de Ellhibach. W. de Stophen. B. de Hornberc B. de Reppenbach. H. de Valchenſtein. R, de Offemmenningen. W. de Merdigen. Milites. H. Vazzarius. H. Sporlinus & filius ejus. C. Snewelinus. L. de Muncingen. F. Monetarius. Soman. H. Villicus de Herdern. B. de Lidringen. Ceningere. & alii quam plures. Acta ſunt hec. Anno ab incarnatione Domini M. C. C. XXXIIII. in Caſtro Friburc. Regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto.

CVIII.

LITERAE GREGORII PP. IX. AD PRINCIPES IMPERII DE SUSCIPIENDA IN TERRAM SANCTAM SACRA EXPEDITIONE.

ANNO MCCXXXV.

Ex regiſtro literarum authentico Gregorii PP. IX. anni VIII. epiſt. 333. Romae.

GREGORIUS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Dilecto filio Nobili Viro - - - Duci Auſtrie, & Stirie ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum Mater Eccleſia multis excitetur Terre Sancte clamoribus, ut ejus miſerando ſtatui ſuccurſum celerem ſtudeat impertiri, cui preſtandi ſubſidium oportunitas tollitur, niſi prius diſcordes in pacis foede-

ra reformentur, & cariſſimus in Chriſto filius noſter Fridericus Romanorum Imperator &c. paratus ſit magnifice proſequi per quod tam Eccleſie, quam Imperii jura favente Domino valeant obtineri. Nobilitatem tuam rogamus, & obſecramus in Domino Jeſu Chriſto in remiſſionem tibi peccaminum injungentes quatenus prudenter advertens quam ſit tibi honorabile, quam ſalubre, ſi Cœli Regem pro temporali devotionis obſequio tibi conſtitutas ad dandum felicitatis bravium obligatum, ad ſubventionem Eccleſiæ te ſtudeas communire, ita, quod Eccleſia proximo futuro Martio te perſonaliter decenti militia comitatum, que in expenſis tuis per tres Menſes preter tempus, quo veniet, & recedet, ad ejusdem obſequia commoretur, vel ſaltem jamdictam militiam, ſi venire nequiveris cum exultatione recipiat, ac tuis, & aliorum expedita ſubſidiis ad Redemptoris gloriam in pacis gaudio refloreſcat, ſicque fiat, quod ex hoc tibi a Sede Apoſtolica plenitudo favoris & gratie, ac tandem proveniat retributionis premium ſempiterne.

Datum Peruſii V. Kalendas Decembris Pontificatus noſtri Anno Octavo.

In eundem modum

Duci Karinthie.

Item Comiti Palatino Reni, & Duci Bowarie.

Item Langravio Thuringie, & Palatino Comiti Saxonie.

Item Marchioni Misnenſi, & Landeſpergenſi.

Item Marchionibus Brandenburgenſibus ut alter eorum veniat.

Digitized by Google

Item Duci Saxonie.

Item Palatino Comiti Tuingen.

Item Comiti Aſcanie quod veniat, vel mittat filium ſuum.

Item Duci Lotharingie.

Item Marchioni de Baden.

Item Duci de Lemburch.

Item Juniori Duci Brabantie.

Item Comiti Hollandie.

Item Comiti Seinenſi.

Item Comiti de Gelre.

Item Comiti Clevenſi, ut veniat, vel filium ſuum mittat.

Item Comiti de Hennenberch ut veniat, vel filium ſuum mittat.

Item Comiti Tirolenſi, ut veniat.

Item Comiti de Gorze.

Item Marchioni Moravie.

Regi Boemie fratri ejusdem Marchionis, ut det ei ſubſidium in Militibus.

Digitized by Google

CIX.

EXCERPTA EX FRIDERICI II. IMP. SENTENTIA DE LIBERANDA EX CAPTIVITATE CLEMENTIA, BERTOLDI V. ZARINGIÆ DUCIS, VIDUA.

ANNO MCCXXXV.

Ex authentico tabularii Dolenſis apud Petrum Franc. Chiffletium in Epiſt. de Beatrice Com. Chalon. pag. 97.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Jeruſalem & Siciliæ Rex . . . . Quod aſſidentibus nobis dilectis Principibus noſtris in Curia Moguntiæ generali, de ipſorum Conſilio ad Conqueſtionem Comitis Stephani de Burgundia. fidelis noſtri, quam propoſuit coram nobis pro parte filiæ ſuæ *Clementiæ*, quam aſſeruit captivam violenter & nequiter detineri à *Comite E. de Hurach.* & ab eodem Caſtro *Burcdorſ* ac aliis bonis, quæ bonæ memoriæ *Bertoldus Dux Zæringiæ* in dotalitium contulit ei, contra juſtitiam expoſuit ſpoliatam; lata eſt ſententia coram nobis, ut ipſam Clementiam liberari & Caſtrum ipſum cum omnibus bonis in dotem ſibi conceſſis ei reſtitui demandemus . . . . Acta ſunt hæc Anno Dominice incarnationis MCC & XXXV. menſe Auguſto, Indictione VIII. . . . Anno Imperii XV. regni Jeruſalem X. . . . Siciliæ XXVII. Datum Moguntiæ &c.

Digitized by Google

CX.

FRIDERICI IMPERATORIS LITERÆ AD STADENSES, UT OTTONI DUCI LUNEBURGENSI RESTITUANT, QUAE EX HEREDITATE BRUNSVICENSI IPSI POSSIDEANT.

ANNO MCCXXXVI.

Ex Origg. Guelf. Tom. IV. p. 168.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Ieruſalem & Sicilie Rex. Univerſis civibus de Staden, fidelibus ſuis, gratiam ſuam & omne bonum, Dudum in collegio curie Moguntinenſis, de conſilio principum noſtrorum, Oddonem de Luneborch in principem noſtrum creavimus, ſibi conferentes in feudum hereditatem pertinentem ad dominium *Brunswic*, quam a dilectis principibus noſtris, Oddone Duce Bavarie & *Marchione de Baden* olim emeramus, nomine uxorum ſuarum pertinentia ad eosdem. Verum cum quædam de hereditate ipſa tenere dicamini contra collationem ipſi principi noſtro factam; fidelitati veſtre precipiendo mandamus, quatenus ea, que de hereditate ipſa tenetis, reſtituatis & dimittatis eidem principi noſtro, nec aliquam ei ſuper hiis moleſtiam inferatis, ut devotionem veſtram pro meritis commendemus.

Datum apud Auguſtam, ultima Octobris, nona Indictione.

Digitized by Google

CXI.

AGNES COMITISSA DE URA ET DE FRIBURC PROPRIETATEM CURTIS IN VILLINGEN AD EXSTRUENDUM IBI PARTHENIUM SANCTIMONIALIBUS DONAT.

ANNO MCCXXXVI.

Ex Archivo Furſtenbergico.

Quia rerum geſtarum veritatem & ordinem de facili delere conſuevit oblivio, maxime dum in longum temporum extenditur ſucceſſio, idcirco providorum hominum ſollercia, quidquid agitur, ſcripture Teſtimonio decrevit comendare: Notum ſit ergo omnibus tam futuris quam preſentibus quod quedam Sorores Chriſto devote volentes in villa *Villingen*, ad ſerviendum Domino, ſibi manſiunculam conſtruere: quandam curtim ibidem ſitam a vidua cujusdam Hiltegeri, & ab heredibus ſuis, qui civis ejusdem Civitatis extiterat, per quandam pecunie ſummam comparaverint. Ego autem *A. Comitiſſa de Ura & de Friburc,* quando eadem curtis jure proprietatis ad me ſpectabat, filiorum meorum ſuper hoc habens aſſenſum. quidquid in ea juris habebam, ipſis jure perpetuo contuli poſſidendum. ut ergo prefate vidue venditio, quam noſtra donatio rata permaneat, & in poſterum a nullo retractari valeat, prenominatis Sororibus paginam preſentem dedimus ſigilli noſtri munimine

mine confirmatam. Acta ſunt hec Anno ab Incarnatione Domini M. CC. XXXVI. in preſentia Teſtium ſubſcriptorum. U. de Valckenſtain. W. de Stouphen. H. Sculteti Ragini. H. de Offenburc. B. Stachelini. G. & C. & Domini Ottonis & Filii ſui. & C. Jochelini. H. Fratris ſui, & aliorum quam plurimorum. Datum in villa Vilingen Annis Domini prenotatis

(L. S. penſilis.)

CXII.

ADELHEIDIS COMITISSÆ FRIBURGENSIS ET FILIORUM EJUS CHARTA, QUA AREAM CURIÆ TENNEBACENSIS PROPE FRIBURGUM A CENSU ANNUO LIBERAM REDDUNT.

ANNO MCCXXXVII.

Ex autographo Tennebacenſi.

Adelheidis Dei gratia Comitiſſa de Friburc. C. B. H. & G. *(a)* filii ſui omnibus in perpetuum.

(*a*) Literæ hæ initiales ſignificant Conradum & Bertoldum & Henricum & Gotfridum. Vid. Tom. I. Tab. V. ad pag. 221.

Nouerint Vniverſi quod nos pro remedio animarum noſtrarum & Divini Cultus augmento aream unam in Curia Monachorum de *Thennibahc* ſita juxta *Friburc* in qua ſcilicet Capella de nouo conſtituta eſt: quæ nobis in xij. ſ. annui cenſus tenebatur, manumittimus & liberam conſtituimus. ita quod nec nos nec heredes noſtri prediſtum in ea Cenſum vel aliud quicquam ratione Cenſus deinceps exigere debeamus. ut autem hec rata permaneant preſentem paginam Sigilli noſtri muniminé duximus roborandam. Aſta ſunt hec anno Domini M.C.C.XXXVII. Menſe Julio in Eccleſia de Friburc in preſentia teſtium ſubſcriptorum. W. Monachi in Thennibahc. W. de Stouſen. H. de Velthem. H. Sculteti in Friburc. H. Faſarij. C. de Zæringen. L. de Munzingen. & aliorum quam plurium.

CXIII.

CONRADI COMITIS FRIBURGENSIS ET FRATRUM EJUS INSTRUMENTUM DE CAPELLA IN SUBURBIO CASTRI FRIBURGENSIS EXTRUCTA.

CIRCA ANNUM MCCXXXVII.

Ex Tabulario Tennebacenſi.

C. Comes de Urâh. Dominus de Friburc B. H. & G.fratres ejus. omnibus Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpeſturis. Rej geſte noticiam. Pia potentum opera cum in ſcripta

rediguntur non hoc provana ſit gloria. ſed ut potentibus eorum ſimilibus ſimilia faciendi relinquantur Exempla. Ea de re dilectus bone memorie progenitor noſter Comes Egino de Urah Dominus de Friburc. cum pro anima ſua dilecteque matris noſtre A. Comitiſſe: & pro animabus Parentum utriusque Divini Cultus intendens augmentum in grangiâ Monachorum ſibi fidelium ac Dilectorum Rev. Abbatis & fratrum in Thennibach in Suburbio Caſtri ſui ſita. Capellam ad honorem Dej & Beate Virginis. & Beati Johannis Baptiſte fieri decreviſſet. & partem ſumptuum adhuc vivens ad ipſam conſtruendam provide deputaſſet. eo viam univerſi carnis ingreſſo. nos ejus filij cum verbo & conſenſu prenominate dilecte Matris noſtre Comitiſſe: bonum ſue deuotionis propoſitum per omnia ratum habere cupientes. cum eadem Capella facta fuiſſet & perfecta. in ipſius Conſecratione que Die Appoſtolorum Philippi & Jacobi facta eſt. ad dotandam Eccleſiam. xij. ſol. remiſimus a dictis fratribus in Cenſum annuatim perſolvendos. hoc etiam ordinantes ut exinde lumen eidem Eccleſie perpetuo debeat miniſtrari. ut autem preſens factum noſtrum ab omnibus Heredibus noſtris ratum haberi oporteat. preſentem paginam dedimus in teſtimonium rei geſte Sigilli noſtri munimine roboratam.

CXIV.

CHARTA LUTOLDI, BASILIENSIS EPISCOPI, QUA PRÆDIA ET CURTES IN CHILCHEIN, MATRA ET EINMUTINGIN, CUM JURE PATRONATUS, QUOD ILLIS COHAERET, ALIAQUE BONA, A CONRADO, DECANO BASILIENSI COEMTA, AD ECCLESIAM CAPITULUMQUE S. PETRI BASILEÆ PERTINERE DECLARAT.

ANNO MCCXLI.

Ex tabulario S. Petri Baſileæ.

Lutoldus Dei gratia Baſilienſis Epiſcopus vniuerſis Chriſti fidelibus in perpetuum. Facilius ab humana elabantur memoria quæ non ſcriptorum & Sigillorum teſtimoniis ad poſteros transmittuntur. Nouerint ergo univerſi præſentes & futuri quod Conradus Decanus Sancti Petri Baſilienſis plebanus Sancti Theodori in ulteriori Baſilea recognovit coram nobis quod prædium in *Chilchein* cum appendiciis ſuis cui appendet Jus patronatus Eccleſiæ ejusdem villæ. Item aliud prædium in eadem villa quod emit a Gotefrido plebano in *Chilchein* & à cognato ſuo Johanne qui dicitur Beilar. Item in *Matra* & in *Einmutingin* Curtes cum appendiciis ſuis, quibus etiam appendent jura Patronatus eccleſiarum dictarum villarum. Item territoria & domos jacentes inter ſanctum Andream & domum quæ dicitur Steinchelre. Item hortos ante portam Spalee qui fuerunt Chraſtonis Lutenbacenſis theſaurarii. Item aream in monte Nadilberch quæ fuit Henrici militis de Arguel. Item domum quandam vndir Salzchaſton ſitam. non ſibi ſed eccleſiæ & Capitulo San-

cti Petri Baſilienſis emerit & quod eadem non ſibi ſed eccleſiæ & capitulo Sancti Petri ſunt collata. Recognouit etiam vineam in ulteriori Baſilea quæ ad ipſum jure proprietatis pertinebat. eccleſiæ contuliſſe prelibate. Recognovit inſuper quod nullo umquam tempore aliquid de dictis prædiis percepit ſed ſi quid recepit vel percepit quod non meminit. hoc non ſuo ſed ut canonicus nomine eccleſiæ recepit & percepit ſupranominatæ. Licet autem nihil juris in prædiis memoratis habuerit tamen ad tollendum omnem dubitationis ſcrupulum ad amputandam omnem occaſionem & materiam litigandi. idem Decanus renunciauit in manibus Hugonis præpoſiti Sancti Petri Baſilienſis omni juri ſi quid ſibi in præfatis prædiis competebat vel competere videbatur. In hujus rei teſtimonium præſentem cartam tam noſtro quam eccleſiæ noſtræ Capituli ſigillis fecimus conſignari. Teſtes: Henricus præpoſitus villicus Decanus. Wernerus de Tierſtein. Hugo Cantor. Vlricus Cellerarius. Conradus Camerarius. Henricus camerarius, canonici Baſilienſes. Johannes Cuſtos. Magiſter Petrus. Petrus de Steina. Henricus præpoſiti. Lodowicus. Henricus ſcriptor, Johannes ſcolaſticus canonici Sancti Petri; Hugo Decanus Sancti Johannis. Henricus Succuſtos. Henricus præbendarius epiſcopi, Henricus & Henricus de Criptis. Johannes de Sancta Cruce. Hugo Bumann. Johannes de Sancto Vlrico. Otto de Sancto Oswaldo ſacerdotes. Petrus ſcalarius & Otto frater ejus. Hugo Monachus. Albertus de Argentina. Johannes Turchindam milites. et alii quam plures. Actum Baſileæ. Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Quadrageſimo primo. Tertio Nonas Nouembris.

Digitized by Google

CXV.

BURCARDUS ET RUDOLFUS DE USENBERG, DYNASTÆ, ABBATIAM TENNEBACENSEM A TELONIO IN RIEGOL DECLARANT IMMUNEM.

ANNO MCCXLIV.

Ex autographo Tennebacenſi.

Nos Burcardus et Ruodolfus: Nobiles de Uſenberg notum facimus - - - - quod nos Conſilio Communi habito ruſticorum noſtrorum in *Riegol*, cum Reverendo in Chriſto Domino R. Abbate de Tennibach & Conventu ejusdem Loci de ponte noſtro Riegol ſito, convenimus taliter, quod præfati Domini de cetero cum omni veſtura, oneris & animalium, ac bonorum ſuorum ſint exempti ab omni exactione Thelonei, quæ imponitur, vel adhuc à nobis vel noſtris hæredibus poſſet imponi, vel ab aliis quibuscunque in futurum tranſeundo, vel ducendo aliquid per ipſum pontem, ita tamen, quod ipſi ex nunc nobis omni anno in feſto S. Martini de Grangiis ipſorum dent unum malterum ſiliginis ad prædiſtum pontem pro Theloneo, & pro reparatione ejusdem pontis cum contingerit infringi per ingluviem aquarum vel aliunde. Acta ſunt hæc Riegol, anno Dominicæ incarnationis M. CC. XXXXIIII.

Digitized by Google

CXVI.

FUNDATIO MONASTERII LUCIDÆ VALLIS AB IRMENGARDE FACTA HERMANNI V. MARCHIONIS BADENSIS VIDUA.

ANNO MCCXLV.

Ex annal. Monaſt. Lucidæ Vallis apud Gamanſium Cap. 27.

Anno Dominicæ Incarnationis 1245. *Irmengardis* relicta *Hermanni Marchionis de Baden*, ſoror duciſſæ Bavaricæ, ſecundum Paulum malens ſic permanendo beatior fieri, quam alteri nubere, veri Salomonis filia, quod ante diu conceperat, volens effectui mancipare, videlicet Domum in honorem Domini ædificando, primum hunc locum ædificiis cœpit occupare & de Domo Walden Ciſterc. Ordinis florente religione, cauſa devotionis & regularis diſciplinæ ſanctimoniales quasdam ad hunc locum vocavit, quibusdam aliis in hoc ipſo loco (provocante Dei amore & timore) novitatis: & nomen Domini, quantum potuit, ſtuduit exaltari: Anno Domini 1246. *Irmengardis* Marchioniſſa cum *duobus filiis ſuis Marchionibus*, ſcilicet *Hermanno* & *Rudolpho*, Nonna Trudinda fœmina religioſa de Walden aſſumpta, & in primam Abbatiſſam hujus loci creata, ad Capitulum generale Ciſterc. Ordinis pro Incorporatione Domus litteras direxit. Anno 1248. conſtructa & perfecta orientali parte clauſtri primum inhabitari cœpit hæc Domus a religioſis ac venerabilibus ſanctimonialibus. Fuit enim earum habitatio

prius foris in tugurio ligneo & humili. Eodem anno incorporata eſt hæc Domus ordini Ciſtercienſi & commendata Abbati novi caſtri. Eodem anno dedicatum eſt majus Altare, a Domino Henrico Argentinenſi Epiſcopo dicto de Staheleke: ipſo Die dedicationis Hermannus Marchio de Baden exhumatus de loco, quo jacebat, ſepultus eſt in choro ante Altare.

CXVII.

HERMANNI ET RUDOLPHI FRATRUM, MARCHIONUM BADENSIUM, LITERÆ DONATIONIS FACTÆ MONASTERIO LUCIDÆ VALLIS.

ANNO MCCXLV.

Ex Archivo Badenſi.

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. Hermannus & Rudolphus fratres D. G. *Marchiones de Baden* Spirenſis Diœceſis univerſis, ad quos præſens cedula pervenerit, ſalutem in Chriſto Jeſu. Quod humanæ voluntates, ex diverſis cauſis plerumque variantur, operæ pretium eſt, ut ea, quæ ad laudem & honorem omnipotentis Dei deputantur, tam literali cautione quam privilegiorum munimine fulciantur. Noverint igitur tam præſentes quam futuri, quod

quod cum Princeps illuſtris Hermannus, pater noſter, *Marchio de Baden*, divina ordinante providentia viam univerſæ carnis eſſet egreſſus & ejus relicta *Irmengardis*, Domina ac mater noſtra ſaniori uſa conſilio ob remedium animæ dicti Marchionis & remiſſionem peccatorum dictæ *Irmengardis* noſtrique memoriam in poſterum celebrandam apud *Buere* prope Baden ædificare cœpiſſet clauſtrum Dominarum ad ipſius operis conſummationem nec perſonarum ibidem Deo ſervientium ejus ſuppeterent facultates; nos uſi conſilio ſalubri hæc bona, videlicet jura patronatus Eccleſiarum in Ettlingen & Baden (i. e. tertia pars) decimam, quæ nobis cadit in Iſſitsheim, villas Winden & Buere cum omnibus attinentiis, duas curias in Oſſe & unam in Eberſtein, duodecim libras Argentinenſis monetæ de cenſibus noſtris in Selzen ſolitò perſolvendis, in dictam matrem noſtram transferimus noſtra libertate poſſidenda plenam dantes eidem poteſtatem, ut eadem bona ad uſum dicti monaſterii ſine difficultate cujuslibet & contradictione &c.

Teſtes hujus rei ſunt viri diſcreti: Præpoſitus omnium SS. Argentinenſis Diœceſis, plebani in Ettlingen & in Winsheim, ſc. Sigismundus & Wenzelo, Conradus notarius noſter, Albertus miles de Liebenſtein, Burchardus & Henricus Rodarij de Iberc, Sigismundus & Rudolphus Dapiferi noſtri, Erlewinus Sculteтus de Pforzheim & Cuno miles. Ut autem prænotata robur obtineant firmitatis, præſentes litteras, ſigillo patris noſtri munitas, cum adhuc propria ſigilla non habeamus; dilectæ dominæ noſtræ & matri damus reſervandas. Acta ſunt hæc anno Domini MCCXLV. menſe Martio.

CXVIII.

LITERÆ DISPENSATIONIS PRO RECTORE ECCLESIÆ ACHERENSIS, DE RECIPIENDIS PLURIBUS BENEFICIIS.

ANNO MCCXLV.

Ex regiſtro anni III. literarum Innocentii PP. IV. tom. I. Ep. 228. Romæ.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.
Dilecto filio Magiſtro Bertoldo Rectori Eccleſie de Acher Argentinenſis Diecefis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Licet propter ambitiones quorundam, ne quis plures Eccleſias, vel Eccleſiaſticas Dignitates habeat, Sacri Concilii conſtitutio interdicat, tue tamen probitatis meritis, ſuper quibus tibi laudabile teſtimonium perhibetur, & conſideratione dilecti filii nobilis viri HERMANNI & RADULFI *Marchionum de Baden* ſupplicantium pro te Nobis inducti, auctoritate tibi preſentium indulgemus, ut preter Beneficia Eccleſiaſtica, quæ curam animarum habentia nunc obtines, liceat tibi, conſtitutione non obſtante predicta, unicum Beneficium vel Perſonatum, ſeu Dignitatem, etiamſi ſimilem curam habeat, ſi tibi canonice offeratur, recipere, ac una cum obtentis libere retinere. Proviſo quod eadem Beneficia debitis non fraudentur obſequiis, & animarum cura in eis nullatenus negligatur. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere. vel ei auſu temerario contraire. Si

Digitized by Google

quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Lugduni VII. Kalendas Novembris Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

CXIX.

CONRADI V. EPISCOPI SPIRENSIS LAUDUM INTER HERMANNUM VI. MARCHIONEM BADENSEM ET MONASTERIUM OMNIUM SANCTORUM IN NIGRA SILVA.

ANNO MCCXLVI.

Ex tabulario nobilium de Schauenberg.

Cunradus Dei gratia Spirenſis Epiſcopus & Bertholdus eadem gratia ejusdem Eccleſie prepoſitus vniverſis preſens ſcriptum intuentibus notitiam ſubſcriptorum que geruntur in tempore ne labantur cum tempore bene literarum apicibus teſtimonio & ſigillis ſolent roborari. Noverit igitur preſens etas & futura poſteritas, quod cum cauſa que vertebatur

Digitized by Google

inter prepoſitum & conventum Eccleſie omnium Sanctorum in nigra ſilva Argentinenſis dieceſis ex una parte, & *Hermannum nobilem virum Marchionem de Baden* ex altera, aliquamdiu fuiſſet ventilata, tandem in nos ab utraque parte fuit compromiſſum, quare nos inſpectis ipſius Eccleſie privilegiis ſuper poſſeſſionibus ac proprietate ac etiam libertate, ſuper quibus lis vertebatur, a nobilibus duciſſa videlicet de Scowenpurg & patre noſtro Eberhardo de Eberſtein pie recordationis, nec non etiam privilegiis & confirmationibus illuſtriſſimorum imperatorum, Henrici videlicet & Friderici, ac etiam Regis Philippi prelibate Eccleſie collatis, nihil juris jam dictum Marchionem in advocatia & hominibus pertinentibus ad Eccleſiam Nuſsbach vel etiam in dote nec non in hominibus, que prelibata duciſſa ac pater noſter ante dicte Eccleſie contulerunt, invenimus habere, unde nos prudentum uſi conſilio virorum, inter ipſos taliter compoſuimus, quod Eccleſia omne dampnum, quod à prelibato Marchione conſecuta fuerat, in rebus propriis & in hominibus Eccleſie quatenus etiam in expenſis gravibus faciendis quod Eccleſia eſtimabat plus quam ad centum libras, nec non etiam injectionem manuum, quam in prepoſitum & alios canonicos ejusdem Eccleſie remitteretur, ea conditione, quod de cetero ſepedictus Marchio ſive ſui heredes antedictam Eccleſiam in prelibatis poſſeſſionibus & hominibus, nec non omnibus injuriis non preſumant moleſtare. Ut autem hec robur firmitatis obtineant in perpetuum, preſentem paginam noſtris & Domini Marchionis Sigillis duximus communiri. Acta ſunt hec apud *Stolhoven* anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſexto, undecimo Kalend. Aprilis. Teſtes autem huic facto intererant Eberhardus & Otto fratres noſtri de Eberſtein, Godefridus de Vehingen, & Gode-

Digitized by Google

fridus de Calwe Comites. *Hermannus filius Marchionis*, Magiſter Michael & Magiſter Hermannus Porten. Spirenſis, Magiſter Bertoldus Canonicus majoris Eccleſie in Wurmacia, Burcardus miles de Reder & alii quam plures.

CXX.

HERMANNI ET RUDOLFI FRATRUM, MARCHIONUM BADENSIUM, CHARTA DE FEODO IN EICHSTATT.

ANNO MCCXLVIII.

Ex Cod. Urſtiſ. Mſpt.

Ego Hermannus & Rudolfus frater meus, *Marchiones de Baden*, notum facimus univerſis, quod nos feodum in *Eiſtat*, quod habebant à nobis R. & B. fratres de Uſenberc, Heſſoni filio Domini B. de Uſenberc defuncti, concedimus & transmittimus jure feudali poſſidendum. Datum in *Mulenberc* Anno Domini MCCXLVIII. Indictione I. nonis Aprilis.

Digitized by Google

CXXI.

PAPA INNOCENTIUS IV. CONRADO COMITI FRIBURGESI CONFIRMAT SPEM CASTRORUM ET OPPIDORUM NEUENBURG, OFFENBURC ET ORTENBERG.

ANNO MCCXLVIII.

Ex Tabulario Bada - Durlacenſi.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio nobili uiro *C. comiti de Friburg* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Fidei tue ſinceritas exigit, ut tuis petitionibus, quantum cum Deo poſſumus fauorabiliter annuamus. Hinc eſt, quod nos Deuotionis tue precibus inclinati promiſſiones per clare memorie H. Romanorum Regem prouide tibi factas, ſicut in ejusdem litteris perſpeximus contineri & ſpecialiter ſuper reſtitutione caſtrorum & oppidorum quorum nomina *Nüwenburg*, *Offenburg*, & *Ortenberg* ſore proponis, jure ſucceſſionis hereditarie da te pertinentium. cum ea de poteſtate inimicorum Eccleſie contingeret liberari. auctoritate Apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe nouerit incurſurum. Datum Lugduni V. Kal. Aug. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Digitized by Google

CXXII.

EXCERPTA EX INNOCENTIJ IV. PAPÆ LITERIS.

ANNO MCCXLVIII.

Ex Bibliotheca Regia Pariſienſi.

Nobili viro Hermanno *Marchioni de Baden.* - - - Ducatum ſive principatum auſtrie cum omni honore diſtrictu & jure ipſius tibi donatum rite ac liberaliter inter vivos a Nobili muliere G. Duciſſa auſtrie uxore tua, ad quam idem Ducatus per ſucceſſionem hereditariam ſecundum antiqua & approbata ipſius terre conſuetudinem, nec non per ſummos Pontifices, Imperatores, & Reges Romanorum, ut aſſeris, confirmatam, dicitur legitime devolutus, auctoritate tibi Apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. noſtre confirmationis &c. Datum Lugd. XVIII. Kal. Octobr. Anno VI.

Digitized by Google

CXXIII.

IRMENGARDIS, MARCHIONISSA BADENSIS, NOVO LUCIDÆ VALLIS PARTHENIO, AB IPSA FUNDATO JUS PATRONATUS IN ETTLINGEN ET BADEN &c. CONFERT DONO.

ANNO MCCXLVIII.

Ex Tabulario Monaſterii Lucidæ Vallis.

IRMENGARDIS *Marchioniſſa de Baden* omnibus præſens ſcriptum intuentibus, ſubſcriptis fidem & favorem adhibere. Ordinatum feliciter & prudenti conſilio teſtamentum perſeverat immobile ſi litterarum fuerit & multorum auctoritate firmatum. Sciant ergo præſentes & poſteri, quod nos in remiſſionem peccatorum noſtrorum & omnipotentis Dei miſericordiam conſequendam, ad laudem & honorem ſuæ glorioſæ Matris virginis Mariæ & omnium Sanctorum ſuorum novellæ plantationi Sanctimonialium in Lucida valle apud Baden ordinis Ciſtercienſis, Spirenſis Diœceſis a nobis ſundatæ, jura patronatus in *Ettlingen* & in *Baden*, decimam apud *Iffitzheim* & à filiis *Hermanno* & *Rudolpho* nobis collata, pia devotione contulimus perpetuo poſſidenda. In hujus rei certam evidentiam & robur perpetuum contulimus præſens ſcriptum dicto conventui ſigilli noſtri munimine roboratum. Hujus rei teſtes ſunt H. Argentinenſis Epiſcopus de Selza, de Schwarzache, de Neuburg, de Alba, de Brumbach, Abbates & Prior Neuburgienſis, Comes

Comes de Wurtemberg, Otto Comes de Eberſtein & alii quam plures tam clerici quam laici. Acta ſunt hæc Anno Domini MCCXLVIII. tertio nonas Novembris die videlicet conſecrationis jam dicti Monaſterii, qui eſt octavus dies Novembris.

CXXIV.

BURCARDUS ET RUDOLFUS FRATRES, DYNASTÆ USENBERGENSES CURTIM ET JUS PATRONATUS IN HUGELNHEIM ABBATIÆ TENNEBACENSI VENDUNT.

ANNO MCCXLVIII.

Ex autographo Tennebacenſi.

Burchardus & Rudolfus fratres & Nobiles viri de Uſenberch. Notum facimus, quod nos utilitate noſtra evidenter penſata & commuuicato prudentum favore, & Conſilio, qui noſtri honoris & Comoditatis ſucceſſum intendebant, curtim noſtram *Hugelenheim* cum omnibus appendiciis & acceſſoriis tam in rebus quam in perſonis quovis modo ad ipſam curtim pertinentibus, exceptis duntaxat feodis ibidem, que vulgariter dicuntur *Mannlehen* Eccleſie Ordinis Ciſtercienſis de Tennibach pro centum & tredecim marcis vendidimus, ſed & Jus patronatus Eccleſie de *Hugelenheim* ſicut ad nos pertinere dinoſcitur cum Univerſitate predictorum tranſtulimus omnino in Eccleſiam de Tennibach memoratam. Ce-

terum omnem Actionem, que nobis competebat vel noſtris Anteceſſoribus competere poterat pro recuperatione juris predicte curtis ceſſimus eidem Eccleſie, ut in omnibus proprium commodum conſequatur. Teſtes hujus ordinationis ſunt - - - - - - & alii quam plures.

Actum anno Domini M. CC. XLVIII. in Caſtro *Stouphen.*

CXXV.

INNOCENTII IV. PAPÆ BULLA AD WILHELMUM ANTICÆSAREM DE ADJUVANDO BADENSI MARCHIONE AD AUSTRIÆ DUCATUM CONSEQUENDUM.

ANNO MCCXLIX.

Ex Bibliotheca Regia Pariſienſi, cod. 4039.

Innocentius &c. Illuſtri Regi Romanorum &c. Etſi cunctis ex attributa tibi poteſtate a Domino favere in ſua juſtitia tenearis, ſublimibus tamen nobilibusque perſonis, per quas honori tuo magno utilitatis fructus poſſe provenire ſperatur, favorabiliorem te convenit exhibere in hiis præcipe que ſibi a tuis predeceſſoribus ſunt conceſſa. Cum igitur ſicut ex parte dilecti filii nobilis viri *Marchionis de Baden* fuit propoſitum coram nobis a claræ memoriæ Romanæ Imperatoribus qui fuere pro tempore, Ducibus Auſtrie ex ſpeciali privilegio ſit permiſſum, ut ſi iidem Duces absque liberis maſculis morerentur, femine tam in Ducatu quam feudis aliisque

bonis omnibus poſſint jure ſuccedere maſculorum: idemque paratus ſit contra F. quondam Imperatorem, C. natum ipſius eorumque fautores ſignum crucis aſſumere, tibique ſicut aſſerit, totis viribus fideliter adherere: nos arbitrantes dignum exiſtere, ut ipſum propter hoc regalis munificentie gratia favorabiliter proſequaris ſerenitatem tuam rogamus et hortamur attente, quod ducatum, feuda & alia bona, que cuncta memoratus Dux Auſtrie habuiſſe dinoſcitur, ipſo adimplente quod offert, nobili mulieri, uxori ſue, nepti ejusdem Ducis, cui ea ut dicitur debet tam propinquitate ſanguinis, quam de privilegii ratione ſuccedere, liberaliter conferre ac ipſam de predictis inveſtire procures, ita ut prefatus Nobilis tuis beneplacitis obligetur, nosque proinde tue ſinceritatis zelum merito commendemus. Datum Lugd. II. Kal. Feb. Anno VI. (a)

Nota. Bulla hæc cum ea, quam ſupra ſub Num. CXXII. exhibuimus, legitur quoque apud *Baluzium* Miſcellaneor. Tom. VII. pag. 410. & 455.

(a) Apud *Baluzium* legitur Idus Februarii.

CXXVI.

WILHELMUS REX ROMANORUM RESTITUTIONEM OPPIDI NEUENBURG CONRADO COMITI FRIBURGENSI PROMITTIT.

ANNO MCCLI.

Ex Authenico Archivi Badenſis Baſileæ.

Willelmus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Aug. Nouerint uniuerſi ad quorum noticiam iſte peruenerint, quod cum *Comes Cunradus de Vriburg*, diliſtus fidelis & Conſanguineus noſter, eccleſie, nobis & Imperio ſeruiuerit haſtenus fideliter & prudenter, & in poſterum nobis in negociis eccleſie & Imperii per ſe ac ſuos potenter & patenter ſeruire debeat bona fide, quandocumque ipſum duxerimus requirendum, prout ipſe in noſtre majeſtatis preſentia data fide promiſit, preſtito ſuper hoc corporaliter juramento, nos ipſum propter hoc ſpeciali gratia & honore preuenire volentes, reſtitutionem opidi *Nuwenburg*, & omnium aliorum bonorum in quibus jus proprietatis obtinet, per bone *memorie H. Lantgrauium Thuringie quondam Romanorum in Regem electum* ſicut aſſerit ſibi factam gratam & ratam habemus. Volumus quoque & fideliter promittimus ipſum iuuare ac defendere in juribus eorundem, per uires & potentiam regie majeſtatis, dantes ei preſentes litteras in teſtimonium ſuper eo. Datum Argentine. IIII. Idus Maij Indict. VIIII. *(a)*

(L. S. majeſt.)

(a) Ex Anno Indict. apparet chartam hanc datum eſſe Anno Chriſti 1251.

CXXVII.

WALTHERUS DOM. DE GEROLDSECK CUM UXORE SUA HEILIKA CURIAM IN HARDEREN ABBATIÆ TENNEBACENSI TRADUNT.

ANNO MCCLII.

Ex Archivo Tennebacenſi.

Anno Domini incarnationis M. C C. quinquageſimo ſecundo in Die Epiphanie. Ego Waltherus Dominus de Geroltzecke & uxor mea Heilika nomine ſani & incolumes teſtamentum facere cupientes contulimus Conventui in Tennibach Ciſterc, Ordinis Curiam noſtram in *Harderen*, cujus proprietas ad nos hucusque cum dimidietate Decime pertinet pro remedio animarum noſtrarum & parentum noſtrorum reſignautes eandem Curiam cum omnibus juribus ſuis in manus Abbatis, Prioris & Cellarii Cenoboii ejusdem, præſentibus & Conſentientibus Walthero præpoſito Argentin. Hermanno & Heinrico natis noſtris, hoc tamen adjunfto, quod iidem Abbas & Conventus quam diu nos duo vixerimus nobis vel alteri noſtrorum de eadem Curia ſolvent CXL. modios tritici ſiliginis & ordei annuatim & præſentabunt nobis prædiftam annonam ad duo milliaria duftu ſuo quocunque voluerit alter noſtrorum & poſt mortem utriusque eam libere poſſidebunt, ut ex tunc bis in anno anniverſarios noſtros peragant eo modo omnes qui fuerint ibidem presbyteri pro me & parentibus ac heredibus meis Die anniverſarii mei celebrabunt miſſas pro defunftis. & ita ſimiliter in anniverſario facient

meæ conjugis ſupradicte, nec non participationem omnium orationum & bonorum operum, que ibidem fiunt in perpetuum nobis vivis conferent & defunctis. ut autem majori cum devotione noſtri Dies anniverſales celebrentur, adjcimus hoc rogando, quod tunc ex eodem teſtamento præbentæ eorum in vino meliori, pane albo, piſcibus, vel caſeis ſecundum, quod tempori congruerit, meliorentur. Ne quis - - - - Acta ſunt hæc in Caſtro Malberc - - - preſentibus - - - - & aliis quam pluribus.

CXXVIII.

RUDOLFUS DE USENBERG CENSUM IN ENDINGEN ABBATIÆ TENNEBACENSI ADSCRIBIT.

ANNO MCCLIV.

Ex Archivo Tennebacenſi.

Res geſtæ ne labantur - - - noverint ergo - - - - - quod ego Rudolfus de Uſenberg pro remedio anime mee contuli Sancte Marie in Tennibach Cenſum II. Saumarum in *Endingen* eidem Clauſtro annuatim perſolvendum, hi ſunt qui eundem Cenſum perſolvunt Cuonradus dictus Schmurti II. amas, Heinricus juxta fontem III. urnas, Gunheins filius Cuononis juxta fontem III. urnas. Datum apud *Endingen* anno Domini M. CC. LIIIJ. in Converſione S. Paulj.

CXXIX.

RUDOLPHUS MARCHIO BADENSIS STEINHEIMENSI MONASTERIO CURIAM SUAM IBIDEM SITAM VENDIT.

ANNO MCCLV.

Ex Beſoldi docum. rediviv. monaſter. Wurtemberg. P. II. in monaſt. Steinheim docum. n. III. pag. 34.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ; Amen. Ea. que geruntur in tempore. Simul cum tempore in oblivionis precipicium deducuntur. niſi redivivo literarum teſtimonio perpetuum capiant monumentum. Noſcat igitur preſens etas diſcreta & futura poſteritas. quod ego. Rudolfus Dei gratia *Marchio de Baden.* vendidi & tradidi curiam meam in Steinheim libere. cum omnibus ſuis appendiciis. videlicet agris. pratis. ſilvis. & cenſibus. prout libere poſſidebam - - - prioriſſe in *Steinhein* & monialibus ibidem. pro centum libris Hallenſium. & quadraginta marcis Argenti. marcham ſolvendo pro tribus libris. minus V. ſolidis. tali lege conditionis appoſita. vt ſi dicta venditio prefato Marchioni. vel ſuis heredibus diſplicuerit. per ſe. vel per Rodarium militem reſarciat perceptam a dictis monialibus pecuniam. ratione dicte venditionis. a feſto Michaelis infra decennium. & prememorata curia a dicto nobili marchione vendita. libere ád ipſius Dominium. vt antea fuerat. cum vniverſis pertinentiis ſuis revertatur. Alioquin prenominata curia pure ſit vendita. ut de ea diſponant tamquam de vero & libero predio. prout ſuis cummodis & vtilitatibus melius. & ſalubrius dicte moniales viderint expedire.

Acta ſunt hec anno Domi M. CC. LV. iij. Nonas Octobris. & ne periculum fidei formidetur. vel alicuius calumpnia poſt ſucceſſionem temporis predicta valeant infirmari, & ſigilli mei munimine & Prepoſiti in Bacgenanc perpetuum & validum capiant munimentum. & robur valide firmitatis.

CXXX.

CONCAMBIUM BONORUM INTER ABBATIAM ALBÆ DOMINORUM ET SCULTETUM VILLÆ MALSCH.

ANNO MCCLVI.

Ex autographo tabularii Bada-Durlacenſis.

Frater W. dictus Abbas & conuentus in Alba Monaſterio Cyſtercienſis ordinis. Patere uolumus tam poſteris quam preſentibus, quod commutauimus agrum factum ex vinea in villa *Malſch* ſitum in uia que ducit ad puteum, quem omni libertate poſſedimus Steimaro ejusdem uille tunc Sculteto, pro tribus iugeribus agrorum & dimidio, quorum unum eſt inter grangiam noſtram & proximam ripam, vnum adiacet quatuor noſtris iugeribus ultra proximam ripam, vnum uero & dimidium jacet apud arborem Azzelonis. Et hoc conſentientibus Gotefrido dicto Simelar, tunc aduocato illuſtris domini *R. marchionis de Baden* & eiusdem vniuerſitate, ita videlicet quod prefatus Steimarus & poſt ipſum ſui heredes inpendant domino Marchioni vel cuicunque domino

domino uille omnem ſervitutem de agro ſibi dato que deberet inpendi ſibi ab agris prenominatis nobis adſcriptis, ut eos poſſideamus in perpetuum libera facultate. vt autem hec commutatio ſine qualibet calumpnia ſtabilis permaneat, ſigillo vniuerſitatis in *Etheningin* cum teſtibus ſubſcriptis eam à ſepe dicto Steimaro nobis petiuimus roborari. Sunt uero teſtes in Etheningin Otto ſacerdos, Gotefridus Sculteтus jurati, Ludewicus, iuuenis Volkmarus Hartungus, Gozzo ſenex. Acta ſunt hæc anno Domini M. CC. Quinquageſimo Sexto.

(L. S.)

CXXXI.

COMPOSITIO PER ARBITROS INTER ABBATIAM TENNEBACENSEM ET ADVOCATOS VICI WEISSWEIL.

ANNO MCCLVI.

: *Ex Archivo Tennebacenſi.*

Notum ſit omnibus preſens ſcriptum intuentibus, tam preſentibus quam futuris, quod *W. nobilis de Gerolsegge* in remedium anime ſue ſuorumque contulit monaſterio in *Tennibach* Curiam dictam *Harderen* ſitam in banno *Wiſcewil* cum omnibus ſuis appendicijs & omni jure libere poſſidendam. inſuper dictum monaſterium quedam bona ſita in eodem banno, ab advocatis ejusdem Ville de *Wiſcewil*, videlicet Domi-

no Herrmanno & Domino Johanne militibus proprietatis nomine tam emptione quam Cambio conquiſivit: iidem vero advocati licet minus juſte, dicto monaſterio communes ſylvas & paſcua eidem banno communia prohibebant. ipſum autem monaſterium ſentiens indebitè ſe gravari, Concivium ſuorum in Friburc *R. nobilis de Vſenberc* & aliorum amicorum ſuorum invocavit conſilium & juvamen, qui præfixerunt predict's advocatis diem colloquii in *Endingen* ſuper compoſitione amicabili de predictis, ubi prefati milites & Dominus R. Abbas prelibati monaſterii comparentes preſentibus Domino *R. nobili de Vſenberch.* Domino *H. Marchione de Hahperch*, nec non civibus de *Friburc* ac pluribus aliis militibus & villanis, auditis hinc inde propoſitis, Compromiſerunt in arbitros ex parte monaſterij in duos; ſcilicet Dominum W. Scultetum de Endingen & Dominum P. militem dictum de Stoufen & ex parte militum in duos. - - - advocatum de Limperg, in Dominum R. militem dictum Ruirthiſtoc. Dominus autèm de Vſenberch de conſenſu utriusque partis fuerat mediator. qui taliter arbitrantes ſtatuerunt, quod bona prefati monaſterii cum omnibus pecoribus contentis tantum in predicta Curia in Harden uti deberent communibus ſylvis & paſcuis, ſicut & cæteri attinentes Banno ſuperius memorato, ut igitur - - - Acta ſunt hec anno Domini M. CC. LVI. iiij. Non. Octob. in cimiterio S. Petri in Endingen preſentibus & aliis quam pluribus fide dignis.

Digitized by Google

CXXXII.

RUDOLFI I. MARCHIONIS BADENSIS LITERÆ CONSENSUS, UT ERLEWINUS MONIALIBUS IN PFORZHEIM CURIAM SUAM TESTAMENTO LEGARET.

ANNO MCCLVII.

Ex autographo tabularii Bada - Durlacenſis.

R. Dei gratia, *Marchio de Bade*, omnibus preſentem cedulam inſpecturis ſalutem in omnium ſaluatore. Notum fieri uolumus uniuerſis, quod nos priorifſe & conuentus dominarum in Pforzhein precibus inclinati Erlewinum dictum Liebenere curiam & bona ſua ſita in ueteri ciuitate juxta Pforzhein predictis dominabus in teſtamento legare uoluntarie conſentimus & ipſis dominabus predicta bona, que idem Er. eisdem conferre uoluerit, tanquam alia bona nunc ab ipſis poſſeſſa concedimus perpetuo poſſidenda & hoc annuente domina & collaterali noſtra C. & feliciter admonente, ut autem hec rata & inconuulſa permaneant, preſentem cedulam ſigillorum noſtrorum munimine duximus roborandam. Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo XIII. Kal. Junii.

Nota. Authentico appendet adhuc ſigillum Marchioniſſæ Cunegundis.

Digitized by Google

CXXXIII.

CONRADI COMITIS DE FRIBURG, RUDOLFI COMITIS DE HABSBURG ET DYNASTÆ USENBERGICI SENTENTIA ARBITRALIS IN CAUSA ABBATIS TENNEBACENSIS CUM HERMANNO ET JOHANNE DE WEISSWEIL.

ANNO MCCLVIII.

Ex Autographo.

Wir Herren Graue Cuonrat von Vriburch, Grave Ruodolf von Habsburch, der Herr von Uſenberch tun kunt allen die nu ſint und hernach künftig werdent, daſs der Appet von Tennibach und die Samendunge ze Krieg wurden mit Herren Hermanne und Herrn Johanneſse von Wiſenwil umbe die almeinde, die da hörit, und in den Hof ze Hardern, der Krieg war gelazzen an den Schultheizen von Endingen, an Herrn Peter von Stouphen, an den Vogit von Limpurch, an Herrn Rintiſtack von Teningen und war da Obeman der Herre von Uſenberch, die geben darüber Recht ze Endingen und wurden darüber Brief gegebin umbe die Brieſe, wie man die verſtan ſcolte, entwürffen ſie ſich bedenthalben, daz war gezogen fier uns vorgenante Herin, do erteiltrn wir uf unſeren eit und alle, die da warin, daſs der Herrin Hof von Tennibach ze Harderen allez daz Recht ſol han, an Wunne und an Weide, an Holtze und an Velde, alſe jeman da von Wiſcewil und daz dieſelben allmeinde nieman verkouſen ſol noch enmag mit recht ane gemeinen rat und willen alre der gebiurſcheffte, an dierre Vrteilde waren mit uns. Herr Ruodolf

von Eiſtat - - - und andere genuege. Durch daz diz ſtete blibe und nit vergeſſin wurde, ſo han wir - - - - - - unſer ingeſigele dran gegeben ze Veſtenunge und darzue der Statt ingeſiegele von Vriburch. Wande ez ŏch da geſchach dez Jares, do von Gottes Geburte waren zwelfhundert Jar echtewi, und fiunfzig Jar ze mitten Merzin.

CXXXIV.

CONRADUS COMES FRIBURGENSIS ABBATIÆ TENNEBACENSI DONATIONEM CURTIS ET MOLENDINI PROPE FRIBURGUM CONFIRMAT.

ANNO MCCLIX.

Ex autographo Tennebacenſi.

In Nomine Patris & filij & Spiritus Sancti : Ego Conradus Comes de Friburg. vniverſis tam preſentibus quam futuris. noticiam hujus rei. Cum certum ſit omnibus Chriſti fidelibus omnipotentis Dei Prouidentia Celeſtia ſimul & terrena moderari. ipſumque Largitorem bonorum eſſe credamus. idcirco nos beneficiorum ipſius non immemores nec ingrati. & ſi condigne non poſſumus. ei tamen pro poſſe tenemur merito reſpondere gratiarum actionibus. Libenti animo & parato. Sciant igitur univerſi generaliter. & dilecti Cives dilecte Civitatis noſtre Friburg. quod cum Cuonrad bone recordationis qui dicebatur Grotze. & uxor ipſius Hiltrudis. Divina Inſpiratione inducti. Curtim ſuam & molendinum quoddam extra muros prefate Civitatis, cum omnibus per-

Digitized by Google

tinentiis ſuis. Scilicet agris. pratis. vineis. cultis & incultis, Deo & Beatæ virgini ac Domini de Thennibach preſentibus pluribus tam civibus quam aliis, pro ſalute animarum ſuarum libere & abſolute ſecundum libertatem qua eadem Civitas ab avis & proavis noſtris illuſtribus *Zeringie Ducibus* ab antiquis temporibus fundata eſſe dinoſcitur, contuliſſent! nos quoque donationem eandem! quam pie memorie auus noſter Comes *Egino ſenior de Vrach dictus cum Barba.* & pater noſter Comes Egino gratam & ratam habuerunt! approbamus tenore preſentium confirmantes. ſed quia agri curtis ejusdem naturaliter per ſe ſteriles! neceſſe habent cujusdam aque deductione irrigari! alioquin eſſent inutiles! Cujus aqué uſum idem C. de manu Domini & auunculi patris mei *Ducis Bertholdi* feodaliter habebat! ſucceſſive quoque ejusdem aque proprietas hereditario jure ad patrem noſtrum fuerat devoluta! qui ad laudem & gloriam & honorem glorioſe Dei genitricis, ſemperque virginis Marie. uſum jam dicte aque Domino Abbati Cunrado & Monaſterio ſupra dicto *ze rechtem Erbelehin* conceſſit! in perpetuum poſſidendum! pro ſolido Brisgaudienſium! annis ſingulis perſolvendo. nos etiam ob dilectionem & ampliorem gratiam, qua preſate Domus fratribus tenemur! eo quod felicis memorie. pater noſter eisdem collectus ſit. & ibidem elegerit ſepulturam! ſepedicte aque uſum Domino Burchardo Abbati, & eidem Domini conceſſimus! pro cenſu ſuperius memorato! ut ipſe defunctus eorum precibus adjutus. inter electos in fine cum unicuique merces à Domino recompenſabirur! valeat numerari. hujus rei teſtes ſunt. frater A. Cellarius de Tennibach. Gotfridus Seba de Friburg ſacerdos. Cunradus dcs Sneweli in Curia. Cunradus de Zeringen in foro. Cunradus de Tuſelingen ſenior. Johannes & Heinricus

fratres dicti de Munzingen. Hermannus Sneweli. Gotfridus de Slezſtatt. Cunradus de Tufelingen junior. Vlricus Rintkof. Hermannus Wiſſilberh. B. Wirſeh! Cives in Friburg. & quam plures alii! fide digni. in hujus rei teſtimonium & evidentiam pleniorem! Domino. Abbati & Conventui de Tennibach preſentem paginam contulimus! ſigilli noſtri munimine roboratam. datum, apud Friburg. anno Domini M. CC. LVIII. nonis Novembris.

CXXXV.

RICHARDI REGIS ROMANORUM DIPLOMA, DATUM RUDOLFO MARCHIONI BADENSI.

ANNO MCCLVIII.

Ex Cod. Urſtiſ. Poſter.

Richardus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus &c. Univerſis, quod nos ad preces & inſtantiam Illuſtris Viri Rudolfi *Marchionis de Baden*, dilecti Principis & conſanguinei noſtri &c. Datum Moguntiæ Anno MCCLVIII. die XXIII. Auguſti, Indictione I. Regni noſtri anno ſecundo.

CXXXVI.

LITERÆ DONATIONIS BONORUM IN DURLACH MONASTRRIO ALBÆ DOMINORUM FACTÆ.

ANNO MCCLIX.

Ex autographo tabularii Bada - Durlacenſis.

In nomine Domini Jeſu Chriſti Tenore preſentium liqueat vniuerſis, quod Ego Mehtildis relicta Erlewini libenarii de Pforzheim dicta de domo lapidea ex inſtinctu diuino pie deſiderans & feruenti ſtudio caritatis affectans diem meſſionis extreme aliquantulis operibus miſericordie preuenire, ac eternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere poſſim in celis. Domino Jeſu Chriſto à Deo patre vniuerſorum heredi conſtituto ſueque piiſſime genitrici nec non Deo deuotis & eidem beate virgini famulantibus. Abbati & fratribus in Alba Ciſtercienſis ordinis profiteor me donaſſe donatione inter viuos vniuerſa bona que habeo in *Durlach* videlicet Curiam cum domo & horreo extra muros ejusdem oppidi ſitam ad portam que reſpicit verſus *Grecingin* juxta Rubum qui dicitur Shelminbuſch, quam bone memorie dictus Erlewinus libenarius olim conſors meus & ego de noſtris

ſtris bonis communibus emimus a nobilibus viris Cunrado & Berchtoldo de *Grecingin* militibus, cum bonis ad eandem Curiam pertinentibus, videlicet agris cultis & incultis, vineis, pratis, paſcuis & virgultis ceteriſque pertinentiis, que inquam bona ab antiquo libera ſemper fuerunt & ſunt, cum ceteris bonis ibidem hucusque poſſeſſis & habitis à me & predicto conſorte meo cum omni jure & utilitate, prout ad me ſpectabant, & hanc ipſam donationem feci ſollempniter & legaliter in manus Hugonis Prioris & Heinrici cellerarii dicti de Dagiersheim & fratris Merkilini de Alba, accedente conſenſu expreſſo fratris Udalrici Gardiani fratrum minorum in Spirea mei confeſſoris in porticu Eccleſie eorundem fratrum preſentibus & ad hoc vocatis teſtibus Domino Decano & Magiſtro Heinrico de Arkaſtel canonico ſancti Germani & Heinrico Rectore eccleſie in Kuſſilbrunnen & Heinrico de Veihingin ciue in Pforzheim & Gozoldo genero ejus affinibus meis. Poſtmodum uero hanc eandem donacionem innouaui cum proteſtacione publica in clauſtro majoris Eccleſie Spirenſis preſentibus venerabilibus Dominis Prepoſito Cantore Berngero de Entringin Magiſtro Diethero cellerario canonico & magiſtro Cunrado & magiſtro Heinrico cymino prebendariis Spirenſibus, Godiberto clerico de Wizinſtein & Hugone ſacerdote de Brediheim & aliis quampluribus viris honeſtis. Fuit etiam adjecta condicio ſiue pactum prelibate donationi, quod ſi quis meorum uel mei conſortis heredum prefatos Abbatem & fratres in Alba ſuper bonis ipſis duxerit impetendum, perſoluere teneatur eisdem, ducentas viginti marcas argenti, & ſic bona recolligat memorata. Ad omnium igitur premiſſorum euidentiam manifeſtam, preſentem paginam ſigillis dicti domini prepoſiti &

Capitulorum majoris Eccleſie & ſancti Germani nec non Gardiani prefati petii communiri & communitam prefatis Abbati & fratribus aſſignaui. Acta ſunt hec anno domini M. CC. LIX. VI. & V. Kal. Julii.

(L. S.) (L. S.) (L. S.) (L. S.)

CXXXVII.

CONRADUS COMES FRIBURGENSIS MINISTERIALIBUS ET HOMINIBUS SUIS PERMITTIT, UT ABBATIÆ TENNEBACENSI BONA SUA LIBERE CONFERANT.

ANNO MCCLIX.

Ex Tabulario Tennebacenſi.

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. Ego Cunradus Comes de Friburch. omnibus tam futuris. quam preſentibus. hanc paginam inſpecturis ſalutem. & notitiam hujus rei. Cum omnis ſalus hominum. á Creatore querenda ſit vniuerſorum. nos pro ſtatu Corporum. ac ſalute animarum. noſtri videlicet omniumque progenitorum noſtrorum ipſum Clementem Dominum in ſervis ſuis. qui die noctuque ſibi ſerviunt: Digne duximus honorandum. Religioſis ergo viris. Domino Abbati & Conventui de Tennibach, quos in Domino. & propter Domi-

num diligimus. hanc fecimus gratiam. & dedimus libertatem. ut quidquid miniſteriales & homines noſtri de rebus ſuis mobilibus vel immobilibus in Elemoſinam pro remedio animarum contulerint eisdem. vel in morte legauerint. in preſentiarum & in poſterum. tanquam per nos factum. ratum maneat & inconuulſum. Ne autem hec noſtre conſtitutionis gratia. aut per nos. aut per poſteros infringi forte valeat. preſentem paginam ſigillo noſtro fecimus confirmari. Acta ſunt hec anno ab incarnatione Domini M. CC. quinquageſimo nono.

CXXXVIII.

RUDOLPHI I. MARCHIONIS DONATIO MONASTERIO LUCIDÆ VALLIS FACTA.

ANNO MCCLX.

Ex Gamanſii Manuſcripto.

Rudolphus Dei gratia, Marchio de Baden, omnibus hoc ſcriptum intuentibus, geſtæ rei notitiam atque fidem; cum in officiis charitatis, illis primo loco teneamur obnoxii, a quibus nos cognoſcimus ſecundum carnis propaginem deſcendiſſe, ſeu etiam, a quibus ſentimus, nobis beneficia proveniſſe; Dignum duximus, ea memoriae commendanda, ſane volentes ex hoc tam ætati, quæ nunc eſt, quam poſteritati futuræ lucide declarari, quod cum nos ex exequiis bonæ memoriæ

Digitized by Google

genitricis noſtræ Irmengardis contingeret intereſſe, ad monaſterium lucidæ vallis, quod ipſa pura charitate conſtruxerat, & dotaverat, de multimodis patrimonii ſui bonis (noſtro tamen in his accedente conſenſu) ſedula meditatione recogitavimus, aliquid in his ſuperaddere, quod noſtram & ipſius piæ matris ſalutem videatur augere & ideo curiam noſtram ſitam prope Eccleſiam in ſuperiori parte villæ Summersheim Argentinenſis Diœceſis, quam inhabitat Bertholdus dictus Ryſerich cum ipſius pertinentiis univerſis, donavimus & aſſignavimus in perpetuam eleemoſynam dicto Monaſterio lucidæ vallis, ſub ea proteſtatione, quod Abbatiſſa, & conventus ejusdem loci ter in anno, videlicet in anniverſario genitoris noſtri Hermanni *Marchionis de Baden* felicis Recordationis, item in anniverſario piæ rememorationis fratris noſtri *Hermanni Ducis Auſtriæ*, faciant conventui ſpecialem conſolationem, pro remediis earundem animarum. Præterea cenſus ad ſummam XIV. Vnciarum Argentin. monetæ, quos habuimus in *Freimersberg*, *(a)* in parochia Baden, liberaliter donavimus eidem cœnobio, donatione inter vivos & deputavimus ad hoc, ut Conventus ejusdem loci lampadem indeſinenter ardentem, diu noctuque juxta tumbam dictorum Patris & Matris noſtræ, debeat cum pervigili miniſtrare. Ad hujus igitur rei perpetuam certitudinem præſentem litteram ſigillo noſtro fecimus communiri. Datum apud Baden prid. Calend. Martii Anno Domini milleſimo, ducenteſimo, ſexageſimo.

(a) In alio apographo legitur: Feimersberg; ſed rectius *Freimersberg*, qui mons monaſterio Franciſcanorum, nunc exiſtenti, nomen dedit.

Digitized by Google

CXXXIX.

LAUDUM INTER ILLUSTREM PRINCIPEM RUDOLFUM, MARCHIONEM BADENSEM, ET INTER ABBATIAM GOTTESAVIÆ SUPER NOVA VILLA HUJUS MONASTERII PROPE ECKENSTEIN, HODIE NEUREUTH DICTA.

ANNO MCCLX.

Ex autographo tabularii Bada-Durlacenſis.

In nomine Domini Amen. Litigantibus & diſſentientibus Illuſtri Principe Rudolfo *Marchione de Baden*, Berhtoldo Abbate & Conventu monaſterii in Gotesowe ordinis Sancti Benedicti Spirenſis diœceſis, ſuper novali & plantatione ville ſite citra terminos & limites ville in *Eckenſtein*, ſpectantis ad predium dicti conventus, de bona voluntate & unanimi conſilio compromiſſum eſt ex utraque parte in tres perſonas, ſcilicet in Sifridum militem dictum de Rietbür, Waltherum & Heinricum notarios Marchionis antedicti. Que itaque litis diſcordia ab eisdem amicabiliter eſt ſopita, hoc modo, quod dictus dominus Marchio ſingulis annis de qualibet Huba feſto Johannis Baptiſte duos ſolidos Hallenſ. In natiuitate beate virginis Maldrum Siliginis & in feſto beati Martini duos ſolidos Hallenſ. & duos pullos capere debet, ſine lite. Memoratus ſiquidem Abbas & Conventus dicto feſto Johannis Baptiſte duos ſolidos Hallenſ. feſto beati Martini dimidium Maldrum auene, &

Digitized by Google

duos ſolidos, nec non pro jure capitali quod vulgariter Hertreht vocatur duos ſolidos Hallenſ. percipere debent de qualibet Huba ſuperius prenotata. Nulla quidem contentione obſtante, quin ſepe dictus Marchio de proteruiis ibidem commiſſis quinque ſolidos Hallenſ. capiat nomine advocatie, & ſuper fures judicium ſuum debeat exercere. Adjectum eſt etiam & compromiſſum, de conſenſu partium in memoratos Sifridum de Rietbure & Waltherum notarium, quod ſi ſepe dictus Marchio molendinum juxta predictam villam Eckenſtein duxerit conſtruendum, facere debet ſine dampno predii memorati, ita quod aqua effluens & diſcurrens Grangiis predii ſepe dicti non inferat prejudicium vel grauamen: quod ſi ſecus viſum fuerit ad reſtaurum dampni Marchio debet recompenſare ſecundum quod dicti Sifridus & Waltherus fuerint arbitrati. Hoc tamen interpoſito, quodſi vnus vel ambo deceſſerint de hac vita, alii duo loco ipſorum de conſenſu partium euocentur ad diſcutiendum de lite, ſi qua de predicto molendino poſſit in poſterum ſuboriri. Inſuper ſi dampnum per ipſius molendini conſtructionem nimis intolerabile videatur, dictum molendinum ſine contradictione qualibet à ſepe dicto Marchione perpetuo deſtruatur. In cujus rei euidentiam & certitudinem pleniorem, ſigilla memoratorum Rudolfi *Marchionis de Baden* & B. Abbatis preſentibus ſunt appenſa. Hujus facti teſtes ſunt videlicet Heinricus de Roſſewac, Albertus de Dutenſtein milites, Werenherus advocatus de Durlach & alii quam plures, data ſiue acta anno Domini M. CC. LX. xvij. Kalend. Maji.

(L. S.) (L. S.)

CXL.

MARCHIO HEINRICUS DE HACHBERG MAJORUM SUORUM DONATIONES, ABBATIÆ TENNEBACENSI FACTAS, CONFIRMAT.

ANNO MCCLXI.

Ex autographo Tennebacenſi.

Wir Margrave Heinrich von Hahberg, tuon kunt . . . das wir dur unſer ſele und dur aller unſer vorderon ſelan heil, veſtenen u. ſteten alle die gabe die unſer Vatter oder de kein unſer vorderon hent getan deme Gotteshuſe ze Tennibach, ze Muosbach das dorf an eigen u. an erbe u. den Kilchunſaz mit alleme rehte alſe ſi es hatton und gaben mit aller vriheit u. reht ſo darzuo horet oder ſol horen an lute u. an guote, an wunne u. weide, an holz u. an velde, u. den walt ſunderlich, an akeren u. an mattan, an viſchen u. an viſchenzan, u. ſwas unſer vorderon hatton rehtes an den waſſern die umbe das Cloſter gant, oder dur ſin eigen das unſer vorderon deme Cloſter hent gen. oder anderswannen iſt gen. das hein wir ſtete. und ſwa das minre rehtes were. das geben wir willekliche mit alleme rehte alſe wir es ſolten han, und darzuo horet . . . . Dis geſchach ze Hahberg in der burg des jares do man zalte von Gottes geburte zwelf hundert jar unde ſehzeg jar unde ein jar in en vaſtun an der crumen mitkun (a) nah dem Balmetage.

(*a*) Ita autographum; alibi ſcribitur Krumme Mitwoch.

CXLI.

ULRICUS DE GUTINBURCH JUS SUUM, SI QUOD HABUIT, IN ADVOCATIA VILLÆ RIEDE MONASTERIO S. BLASIJ CONCEDIT.

ANNO MCCLXII.

Ex autographo Abbatiæ S. Blaſij.

Omnibus preſentium inſpectoribus. Vir nobilis Vlricus de Gutinburch miles. notitiam rei geſte. cum nos Advocatiam ville in *Riede*, cujus proprietas monaſterio Sancti Blaſij nigre ſilve noſcitar pertinere, nobis noſtrisque progenitoribus à Reverendis in Chriſto A. Abbate & Conveutu ejusdem monaſterij commiſſam non habito eorundem conſenſu dudum vendiderimus Nobili Viro C. quondam militi de Rottenlain & per hoc dicti Abbas & Conventus gravati non modicum dictam Advocatiam emerint ſive abſolverint à Viris Nobilibus Walthero, Ottone & Lutoldo fratribus dicti C. filiis pro quindecim Marcis argenti, nos ſi quid nobis juris ex hoc forte competebat, quod contractus inter nos & dictum C. quondam habitus minus validus habebatur, totum jus noſtrum ſi quod habemus. cum habere videbamur caſu aliquo contingente. ratificando contractum ultimo habitum inter Abbatem & conventum ac Nobiles ſuperius nominatos tam pro nobis quam heredibus noſtris in monaſterium transfundimus memoratum, ut ſicut per nos gravatum eſt, ſic etiam aliquan-

aliquantulum ſublevetur. in cujus facti evidentiam ac robur perpetuum hanc paginam exinde conſcriptam Venerabilis Domini E. Dei gratia Conſtantienſis Epiſcopi & noſtri procuravimus munimine roborari.

Actum in Caſtro Brnowe VIJ. Kalend. Martij Anno Domini MCCLX ſecundo, Indictione iiij.

(L. S.) (L. S.)

CXLII.

VIRI NOBILES DE ROTTENLAIN FRATRES JUS ADVOCATIÆ IN RIED ABBATIÆ S. BLASIJ VENDUNT.

ANNO MCCLXII.

Ex autographo tabularij Abbatiæ S. Blaſij.

Omnibus preſentinm Inſpectoribus. Viri Nobiles Waltherus, Otto & Lutoldus fratres de Rottenlain notitiam rei geſte. Ne labantur cum tempore que geruntur in tempore ſcripturarum ſolent indiciis perhennari. Noverint igitur omnes & ſinguli, quos noſſe fuerit opportunum quod dum Reverendi in Chriſto A. Abbas & conventus monaſterii Sancti Blaſij, nigre ſilve, leſi per nos & C. quondam Patrem noſtrum in poſſeſſionibus ejusdem monaſterij apud *Ried* in quibus nobis Advocatie

Digitized by Google

jus pertinebat non modicum viderentur. Nos receptis ab eisdem Abbate & Conventu quindecim Marcis argenti dictarum poſſeſſionum Advocatiam, & totum jus quod nobis competebat ibidem damus tradimus immo transferimus in monaſterium ante dictum, ita quod iidem Abbas & Conventus Advocatiam ipſam cum proprietate libere debeant perpetuo poſſidere. Renunciantes publice tam pro nobis quam pro omnibus heredibus noſtris omnibus juribus ſive conſuetudinibus tam Advocatie quam aliis que nobis in eisdem poſſeſſionibus competunt l. competere videbuntur caſu aliquo contingente. Promittimus etiam Abbati & Conventui qui pro tempore fuerint in dicto monaſterio de preſata Advocatia ſive translatione predicta nos quotiescunque requiſiti fuerimus Warandiam preſtituros. In hujus autem facti evidentiam & robur perpetuum hanc paginam exinde conſcriptam ſigillorum venerabilis Domini E. Dei gratia ConſtantienſisEpiſcopi & noſtris procuravimus munimine roborari. Actum in Caſtro Rottenlain XV. Kalend. Martij Anno Domini MCCLX ſecundo. Indictione quarta. Preſentibus nobili Domina dilecta matre noſtra, magiſtris C. de Rotwil & Al. de Ruth Plebanis, Gottfrido de Baden et Gottfrido de Lene militibus. Alberto Advocato Heinrico Tuſant. W. Wurmilini de Rottenlam Heinrici de Horne & Johanne Miniſtro dé Schonow laicis & aliis quam pluribus fide dignis. In Domino feliciter Amen.

(L. S.) (L. S.)

Digitized by Google

CXLIII.

CHARTA BERTOLDI ET BELREMI FRATRUM DE WIZENSTEIN, QUA CASTRUM SUUM LIEBENEKE ET VILLAM WIRME CUM UNIVERSIS BONIS INDE PENDENTIBUS IN RUDOLFUM I. MARCHIONEM BADENSEM LIBERALITER TRANSFERUNT.

ANNO MCCLXIII.

Ex autographo Bada - Durlacenſi.

In nomine Domini. Nos Bertoldus Advocatus & Belreimus fratres de Wizenſtein, inſinuatione preſencium cupientes vniuerſorum noticie declarari, quibus datur hæc literalis pagina demonſtrari, quod nos habita diligenti deliberacione ſuper eo quod illuſtri Domino noſtro Ruodolfo, *Marchioni de Baden*, debito fidelitatis & homagii tenemur aſtricti, recognoſcentes nobis ab ipſo ſuiſque progenitoribus multimoda beneficia proueniſſe & ex hoc ad antidota nos teneri, omne jus, quod habuimus uel habere uiſi ſumus in Caſtro *Liebenecke*, quocunque titulo uel quocunque modo, liberaliter transferimus & aſſignamus in manus Domini noſtri predicti, volentes & affectantes, ut plenum dominium & libera ac abſoluta poſſeſſio tam in jam dicto Caſtro quam in villa *Wirme* & aliis

attinentibus poſſeſſionibus in villis & agris, cultis & incultis, hominibus & mancipiis, pratis & paſcuis, viis & inuiis, nemoribus & uirgultis, molis & molendinis, aquis aquarumve decurſibus, piſcationibus & venationibus, cunctisque juribus aliis ad ipſum Caſtrum quocunque modo ſpectantibus, ad eundem dominum noſtrum pleno jure debeat pertinere, & renunciamus omni juri, vtilitati & honori, poſſeſſioni & dominio, que in predictis tenuimus & ad nos, ut dictum eſt, quocunque modo ſpectabant, verum tamen villam *Huochenvelt*, quaſi ſub noſtro dominio conſeruatam, titulo feodali conceſſimus perſonis ſubſcriptis, videlicet Cunrado dicto Colbe, filio Alberti Colbonis militis in Caſtro Vurſtenecke reſidenti, Bertoldo dicto Widenér de Ingersheim, Liotwino de Glatebach. Sibotono de Hule. Alberto de Helfenberc. Cunrado & Sibottone fratribus de Schonowe. Volentes, ut ex hoc feodo debitum nobis homagium recognoſcant. Permittimus tamen & liberaliter annuimus, ut predicte perſone liberam habeant facultatem transferendi predictam villam feodatam à nobis, in manus & poteſtatem ſepe dicti Domini noſtri Marchionis, non obſtante homagio nobis facto. Vt igitur ea, que premiſſa ſunt, ſingula & vniuerſa, rata & inconuulſa permaneant, preſentem litteram ſigillo noſtro & nobilium virorum Conradi de Roſſewac, Reinhardi, Kimonis de Baden & Bertoldi de Remchingen ſigillis fecimus roborari. Ego Belreimus, ſigillo proprio carens, appenſione ſigilli fratris mei Bertoldi, aduocati ſum contentus. Acta ſunt hec aput *Eteningen*, quarto Kalendarum Septembris, Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo tertio, preſentibus hiis, quorum ſigilla preſenti littere ſunt appenſa. Preſentibus etiam Conrado de Rothe. Hugone de Werbenwac. Sifrido de Otenkein & Borchardo, di-

Digitized by Google

cto Burner, militibus. Heinrico de Barchuſen & Walthero de Eberſtein, notariis dicti domini Marchionis. Conrado Aduocato de Remchingen & Blicgero de Steinach & aliis quam pluribus fide dignis.

|| || || (L. S.)
Bertholdi de Remichingen.

CXLIV.

BERTHOLDUS DE BADEN MILES VENDIT GERDRUDI MAGISTRE IN SICENKILCHE POSSESSIONES SUAS IN MULNHEIM CUM ADVOCATIA.

ANNO MCCLXVI.

Ex tabulario Abbatiæ S. Blaſij.

BERTOLDUS *de Baden* miles noticiam rei geſte. Notum facio preſentibus & futuris. Vendo & dono religioſis feminis Gerdrudi magiſtre & Conventui in Sicenchilche ordinis S. Benedicti - - - poſſeſſiones meas ſive predia que habui in Mulnhaim cum Advocatia, accedente conſenſu Domini mei nobilis viri E. Dei gratia Comitis de Vriburch - - - & ad hoc nos noſtraſque poſſeſſiones de Adilboltshoven dicto Monaſterio contiguas preſentibus obligamus.

Ut autem hec maneant firmiora hanc paginam ſigillo Domini mei & meo Magiſtre & conventui tradidi communitam. Nos C. Comes de

Digitized by Google

animarum Salutem in Domino promovendam, ad Caſtrum noſtrum Vilingen pro recipienda & edificando ibi domo, ad uſum veſtri Ordinis, velitis transmittere propter Deum. Ut autem peticioni noſtræ in hac parte favorabilibus annuatis, tenore vos preſentium ſecuramus, quod omnia jura & Libertates, ſive ſtatuta & conſuetudines veſtri Ordinis favore benivolo proſequentes, in nulla unquam parte ledemus, vel minuemus, & quantum in nobis eſt bona fide omnia illibata cuſtodiemus, & obſervabimus, & faciemus a nobis ſubditis obſervari. Omnes etiam areas in eadem villa habitas & habendas pro veſtris edificijs conſtruendis damus in perpetuum omnimode Libertati.

CXLVI.

HENRICI COMITIS DE VÜRSTENBERCH ET UXORIS EJUS AGNETIS CHARTA LIBERTATIS NOVO FRATRUM MINORUM IN VILLINGEN MONASTERIO CONCESSÆ.

ANNO MCCLXVIII.

Ex Archivo Fürſtenbergenſi.

Univerſis preſens ſcriptum inſpecturis H. Comes de Vürſtenberch ſalutem cum notitia ſubſcriptorum. Que aguntur in tempore ne labantur cum tempore, litterarum ſolent teſtimonino confirmarj. Noverint igitur preſentes & poſterj, quod Nos & Agnes Uxor noſtra Comi-

Digitized by Google

tiſſa, cultum Dei ampliare cupientes, pro noſtra & noſtrorum predeceſſorum ac ſucceſſorum ſalute, Fratres minores vocavimus cum multa precum Inſtantia ad Villam noſtram Vilingen, conſenſu & peticione civium dicte ville comuniter accedente. Obligantes nos eisdem Fratribus tenore preſentium, & aſſecurantes, quod omnia jura & libertates ſive ſtatuta & conſuetudines ſui ordinis, favore benivolo proſequentes, in nullo unquam parte ledemus vel minuemus, & quantum in nobis eſt, bona fide omnia illibata cuſtodiemus & obſervabimus, & faciemus a nobis ſubditis obſervari. Omnes etiam areas in eadem villa habitas & habendas, cum via inter murum noſtre Civitatis & ipſis areis contigua, pro ſepedictorum Fratrum habitatione neceſſarias, damus in perpetuum omnimode libertatj. Et ut hec firma & illibata permaneant, preſentes litteras munimine Sigillorum noſtrj ac dictorum Civium roboramus. Datum in prenotata Villa Vilingen, Anno Domini M.CC.LXVIII. Dominica prima poſt Octavam Epyphanie.

(L. S. penſilis.) (L. S. penſilis.)

CXLVII.

Digitized by Google

CXLVII.

EXCERPTA EX EMICONIS COMITIS LEININGENSIS LITERIS AD HEINRICUM ARGENTINENSEM EPISCOPUM, QUIBUS SELSAM SE A MARCHIONE PIGNORIS NOMINE SUSCEPISSE ASSERIT.

ANNO MCCLXVIII.

Ex Wenckeri appar. & inſtructu archivorum. pag. 178.

Venerabili Domino ſuo & precordiali Domino ſuo Epiſcopo Argentinenſi. E. Comes de *Liningen* debite fidelitatis obſequium ſemper promptum. Noverit veſtra pietas, me memorie reduxiſſe, quod vos, Dominus meus Spirenſis, & Dominus de Fleckenſtein, muros & foſſata Civitatis Selſenſis deſtruere & complanare promiſiſts, & deinde domos & homiues ibidem reſidentes defendere & tueri. non defendiſtis, immo ipſam Civitatem funditus deſtruere permiſiſtis. & quia videbatur michi quod ipſam impune curaretis, ad petitionem militis de Bannacki, *ratione cujusdam pecunie a Marchione ſibi perſolvende eam ſuſcepi nomine pignoris*, hoc modo ipſam promittens defendere & tueri. non credebam hoc veſtre gratie diſplicere. ſed ſi, quod abſit, contra vos in hac parte aliquid adtemptum, ad vos breviter veniam, & omnia ſiniſtre adtemptata revocabo & emendabo totaliter, juxta veſtre beneplacitum voluntatis.

Digitized by Google

CXLVIII.

RUDOLPHI MARCHIONIS LITERÆ AD ARGENTINENSEM CIVITATEM, QUIBUS DE SELSA DESTRUCTA CONQUERITUR.

CIRCA ANNUM MCCLXVIII.

Ex Wenckeri appar. & inſtr. archiv. pag. 179. & Laguille hiſtoire d'Alſace, Preuves pag. 45.

RUDOLFUS Dei gratia *Marchio de Baden.* Burgimagiſtro Civium, Conſulibus, ac univerſis Civibus Argentinenſibus ſervitium & ſalutem. Licet inter treugas quas affinis noſter dilectus E. illuſtris Comes de Liningen inter nos & vos obſervandas ſtatuit, noſtrum opidum Selſe, per veſtros homines rapinis & incendiis ſit deſtructum ipſas Treugas volumus prout honorem noſtrum condecet ſicut promiſimus firmiter obſervare, confidentes de vobis quod ad omnem injuriam ſive Dampnum nobis illatum ſatisfactionem nobis debitam porrigatis. Datum in caſtro *Liebenecke (a)* feria ſexta poſt Octavum Purificationis btæ. Virginis.

(*a*) Idem hoc caſtrum cum vico Würm, de cujus adquiſitione Chartam CXLIII. ſupra produximus, nunc poſſident L. B. *Leutrum ab Ertingen* quorum majores illud anno 1499. ſub territorialis ſubjectionis & feudi lege a Chriſtophoro Marchione acceperunt.

Digitized by Google

CXLIX.

HEINRICUS COMES FURSTENBERGENSIS CURIAM VENDIT CONSENSU FRATRIS SUI GOTFRIDI ET AGNETIS UXORIS.

ANNO MCCLXX.

Ex Archivo Fürſtenbergenſi.

Univerſis Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis, *Hainricus Comes de Urach Dominus in Fürſtenberg.* amiciciam ſuam & omne bonum. Noverint univerſi preſentes & poſteri, quibus noſſe fuerit opportunum, quod nos H. Comes de Virſtenberg. Curiam noſtram ſitam aput Capellam Sancti Nicolaij cum omnibus appendicijs, agris, pratis, jugeribus, & ceteris quibuscunque attinentijs, pleno jure manu libera vendidimus, pro ſumma pecunie XXX ſex marc. argenti dilectis in Chriſto ſororibus Ite Magiſtre, & Conventuj. dictis* de domo patrui. ut autem predicta vendicio per nos libere facta ratificatior haberetur, conſenſum heredum noſtrorum videlicet Domini Comitis Gotfridj fratris noſtri Canonici Conſtant. Eccleſie. nec non honorabilis Domine Agnetis uxoris noſtre, placuit adhiberi, de quorum manibus dicta Curtis cum ſuis prediis prefatis Ite Magiſtre & Conventui nobis preſentibus, & volentibus, omni ceſſante Calumpnia, fuit libere reſignata. Ne autem ſuper hoc Contractu, juſte vendicionis & libere, non fœdali titulo, ſeu paterne hereditatis Juſto patrimonio ipſis in poſterum prejudicium aliquot generetur, predictam paginam poſtularunt, noſtro

ſigillo & Comitis Gotfridi & univerſitatis de Vilingen fideliter roborari. Acta ſunt hec anno ab Incarnatione Domini M. C. C. LXX. poſt feſtum Purificationis Beate Marie Virginis. & hii teſtes huius rei Wnh. patruus. Cunradus Stahellinus. Senior. H. Villicus de Gruuingen. H. de Vokkenhuſen. H. Sollo Senior. Burk. Wand & filius ſuus: : Woller. Vlricus dictus Bube. Burk. de Stokka. Bernh. Haimburg. P. dictus Herolt. Walth. der Nunnon. P. Scultetus. & Otto. & H. fratres ſui. & alij quam plures, ſide digni.

CL.

D. DE ROTINBERC HOMINES ABBATIÆ S. BLASII IN RIEDEREN A JURISDICTIONE SUA LIBEROS PRONUNTIAT.

ANNO MCCLXX.

Ex autographo Abbatiæ S. Blaſii.

Omnibus hanc paginam inſpecturis. Nobilis Vir D. miles de Rotinberc notitiam ſubſcriptorum. Noverint omnes & ſinguli, quos noſſe fuerit opportunum, quod dum Reverendi in Chriſto A. Abbas & Conventus monaſterii Sancti Blaſii & Magiſter dictus Spulo de Conſtant. Advocatiam villæ in Riederen à Noſtris Nepotibus V. O. & L. Nobilibus de Rœtilleim ſumtibus ſuis legaliter conquiſiſſent. Et nos homines ejusdem ville ad Judicium noſtrum ad Curiam Tegernowe quorundam perſuaſionibus minus bonis compellere niteremur,

& ſuper hoc inter Dominos prediƈtos & nos queſtio moveretur, demum prudentiori uſi conſilio, quia cognovimus, quod nullum nobis jus in prefatis hominibus ville in Riederen aliqualiter competebat. promittimus & preſenti pagina proteſtamur, quod diƈtos homines non volumus nec debemus deinceps per judicia noſtra vel aliter pregravare. In quorum omnium evidentiam hanc paginam eximie conſcriptam ſigilli noſtri munimine roboramus. Datum apud Rotenlein anno Domini MCCLXX. Indiƈtione XVI. non. Jan.

(L. S.)

CLI.

DIVISIO HEREDITATIS PATERNÆ ET MATERNÆ INTER EGENONEM ET HEINRICUM FRATRES, COMITES FRIBURGENSES.

ANNO MCCLX·XII.

Ex autographo Bada-Durlacenſi.

In Gottes namen Amen. Wir Grave. Egen. vnn grave. Heinrich. gebrvdere von Friburg, tvn kvnt allen den die diſen brief ſehent oder hörent leſen. daz wir alſvs geſcheiden ſin. vmbe vnſer eirbeteil. das vns von vatter vnn von mvter angeeirbet iſt, daz mir graven. Egen. Friburg iſt worden. vnn alles daz darzv höret. So iſt mir graven. H. worden.

Baden. (a) vnn Nvwenburg. vnn alles daz darzv höret. vnn ſcheidet den teil, der bach ze Heitersheim. alſo. ſwas obewendig dez baches iſt, daz höret ze Baden, ſwas nidewendig iſt daz höret ze Friburg. ane daz gvt ze Tonſol. dez han ich grave H. mich nvt verzigen. Zv dem teile ſo iſt mir graven. H. worden. Huſen. in Kinzgental. vnn alles daz darzv höret. vnn haben gemeine man unn dieneſtman. vnn ſilberberge. vnn alle die aneſpräche, die wir an dehein gvt han, die han wir och gemeine. So vergihe ich grave E. daz ich alle die gvlte gelten ſol. die min vatter gelten ſolte. vnn ſol vnſer iedwedere löſen ſin gvt, daz ime ze teile worden iſt, vmbe daz es ſtat. So vergihe ich Grave E. daz ich mich verzigen han dez vorgenanten gvtes. Baden. Nvwenburg. vnn Huſen. vnn alles daz darzv höret. So vergihe ich Grave H. daz ich mich verzigen han Friburg vnn alles des gvtes, daz dazv höret. Vn han ich grave E. geſworen, daz ich minem Brvdere graven H. vmbe Nvwenburg helfe criegen. ane allerſlahte geverde. vnz ime die ſtat wider wirt. vnn als ob der crieg min eigen were. Vnn daz dis ſtete belibe iemerme. darumbe han wir vnſer ingeſigele an dieſen brief gehenket. Ze einri kantveſti. vnn ze eime ſteten vrkunde. So ſin wir gezvge dirre vorgenanten Schidvnge, grave. Rvo. von Habeſchburg. grave. H. von Fvrſtenberg. vnn C. der Senger von Liechtenberg. grave. C. von Friburg, tvmherre ze Koſtenze. Her. D. von Rotenburg. der Schvltheiſſe. vnn die vier vnn zwenzig von Friburg. vnn henken darvmbe vnſer ingeſigele an dieſen brief. An dirre ſchidunge was, her. Eb. von Lvpfen. grave. H. von Sulz. her. C. Wn. von Hadeſtat. her. Jo. von Blvmenberg. vnn andere vnſer dieneſtmanne gvzge. die vier

(a) Hodie Badenweiler.

Digitized by Google

vnn zwenzig vnn ander die borger von Friburg. Diz geſchach ze Friburg dez iares, do man zalte von Gottes geburte, zwelf hundert. vnn zwo vnn ſiebenzig iare. An dem Samſtage vor ſante Jacobes tage.

Nota. Cum membrana hac conſpirant, quæ refert Albertus Argent. Chron. pag. 99.

CLII.

RUDOLPHI I. MARCHIONIS DONATIO COENOBIO GOTTSAU FACTA.

ANNO MCCLXXII.

Ex Gamanſii Mſct.

Nos Rudolphus Dei gratia *Marchio de Baden* conſiderantes quod res mundanæ cum mundo tranſeunt, nec coronam poſſunt reddere quam promittunt, igitur conſtare volumus præſentium inſpectoribus univerſis, quod nos divina gratia adſpirante ad laudem Dei & matris noſtri Salvatoris lampadem in ſacro Sancto cœnobio Godougienſi ordinis S. Benedicti, ante altare B. Virginis illibatæ lucere ſtatuimus, in remiſſionem omnium noſtrorum peccaminum ac etiam noſtrorum progenitorum, ut videlicet lampadis ſplendor diem atque noctem illuminet, in omnes horas, & ad hujus luminis impetrationem dicto cœnobio duo talenta hallenſium de villa noſtra novali ſive Neůreůth annis ſingulis dari ſtatuimus de noſtris cenſibus villæ dictæ &c. Confitemur etiam in his ſcriptis nos legaſſe ad ſubſidium dominorum & ad laudem Virginis Dei ma-

tris minutam decimam villæ noſtræ Linckenheimb in omnes annos eorum uſibus profuturam; ne autem dominis aut cœnobio ſæpe dicto, de noſtris ſucceſſoribus aliqua calumnia poſſit impoſterum ſuboriri præſentem cedulam ſignavimus & eam habere noſtri ſigilli facimus firmitatem. Acta ſunt anno Domini MCCLXX. ſecundo, in caſtro Grecingen Fer. 4. feſto quatuor temporum, circa feſtum Sancti Apoſtoli Matthæi.

CLIII.

RUDOLPHUS MARCHIO BADENSIS CONCILIATUR CUM IIS, QUI MUNITIONES SELSE ET SELDENOWE DESTRUXERANT.

ANNO MCCLXXIV.

Ex Cod. dipl. membr. Civit. Argent. de Anno 1370. Fol. (*a*)

Nos RUDOLPHUS *Marchio de Baden* ad univerſorum notitiam volumus pervenire publice profitentes, quod nos univerſis ad devaſtationem munitionum noſtrarum Selſe & Seldenowe cooperantibus qui ex juſſu & mandato ſereniſſimi Domini noſtri Rudolphi Romani Regis ad hoc venerunt, videlicet E. & F. Comitibus de Liningen, H. Comiti & filiis ſuis, W. et E. Comitibus de Geminiponte, domino Ph. de Bonlandia, domino H. de Fleckenſtein, Hundi, H. fratri ſuo Store Symoni

(*a*) Legitur quoque hæc Charta in WENCKERI *appar. & inſtruct. archiv.* p. 180.

Digitized by Google

Symoni Civibus Argent. ac toti Civitati nunc & impoſterum de hujusmodi commiſſo, de quo prædictum eſt, firmam reconciliationem dedimus promittentes nihilominus in hiis ſcriptis, quod nos ſi quid contra quemquam a tempore creationis ſereniſſimi domini noſtri Rudolphi Romanorum Regis indebite acceptavimus coram eodem domino noſtro rege cum requiſiti fuerimus, univerſis juſtitiam faciemus, ita quod & ipſi nobis juſtitiam ibidem de eis, ſi qua contra ipſos nobis proponere competit, e converſo facere ſint parati. Datum anno domini MCCLXXIV. Dominica proxima poſt feſtum S. Jacobi Apoſtoli. In cujus facti evidentiam noſtro ſigillo roboravimus preſens ſcriptum.

CLIV.

URBIS BRISACENSIS JUS CIVILE A RUDOLPHO I. IMPERATORE DEFINITUM.

ANNO MCCLXXV.

Ex autographo Briſacenſi.

Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, regiæ Majeſtatis ordinatio de qua leges manant, per quam conſuetudines ſubſiſtunt, ſubſcripta Jura ſuis contradidit incolis, ut his contenti pacatam vitam habeant eorumque contemptores legum examine punian-

tur. Si quis infra bannum burgi Briſack homicidium commiſerit capite plectetur. qui ſi effugerit, domus ejus funditus deſtruetur, & infra annum non reædificabitur, omnisque poſſeſſio ejus tam mobilium quam immobilium infra bannum burgi Briſach ſita noſtræ cedent poteſtati, nec unquam regreſſus ei in civitatem concedetur, finito anno heredes eius tres libras Judici, & decem nobis perſolvent, & licentiam reædificandi habebunt, ſi vero ad Judicium veniens ſe innocentem dixerit niſi per duellum convictus fuerit expurgatione præſtita, liber & indempnis erit. Quacunque etiam hora noctis vel diei de homicida judici querimonia fuerit oblata continuo judex per ſonitum campanarum Univerſitate Civium convocata, Judicium ſicut præſcriptum eſt faciet de ipſo. Si quis auxilium evadendi homicidæ præſtiterit pœna plectetur, quâ reus puniendus erat, præter hoc quod ſine pulſatione campanarum judicium de ipſo fiet. Quod ſi auxilium fugienti præſtitiſſe negaverit, niſi ſimiliter per duellum convictus fuerit, expurgatione præſtita abſolvetur. Si quis infra bannum burgi aliquem vulneraverit manu plectetur, & tanquam homicida ſine ſpe redeundi a Burgo ejiciatur. Si autem ad Judicium quod ſonitu campanarum ſicut de homicida fieri debet, veniens, ſe feciſſe negaverit niſi duello convincatur expurgatione præſtita abſolvetur. Si Cives Burgum aliqua occaſione communiter exîerint, pacem quam in burgo tenebant, eundo, redeundo inviolatam ſervabunt; & violatam eo modo quo in Burgo emendabunt. Quicunque prædictum Burgum inhabitantes Cives loci, bannum burgi exîerint præterquam in Negotio Civitatis, & alter alterum occiderit vel vulneraverit tres ſolidos Judici, & tres injuriam paſſo emendabit. niſi fortè evidens & notorium fuerit quod prius inimicitias ſibi geſſerit, verba ſalu-

Digitized by Google

tationis ſibi denegando, Tunc enim judicium quod de homicidis & vulneratoribus ſupraſcriptum eſt de ipſo ſumetur. Quicunque prædictum Burgum inhabitant viri & fœminæ tanquam ejusdem conditionis matrimonium contrahent, & fœminæ ſicut Viri in hæreditatem ſuccedunt parentum. Si qui duellum inierint, loricati & duobus gladijs muniti pugnabunt, qui in duello victus fuerit arma ſua judici reſignabit, vel pro quolibet genere armaturæ tres libras componet. In burgo Briſach ſingulis annis duodecim eligentur qui de communi utilitate fideliter diſponent, Quorum ſi Aliquis pro judicio munus exegerit vel exactum receperit, & de hoc per duos ſuos complices convictus fuerit, dejicietur a conſortio ipſorum, nec in perpetuum ad burgi conſilium admittetur, qui duodecim etiam hoc honore fruentur, ut ſi quis advena domum cujusquam eorum hoſpes intraverit, quamdiu ſecum ſteterit hoſpes a nemine in judicio Briſacenſi ſuper aliquo debito debeat conveniri. Vnusquisque etiam eorum liber erit anno illo duorum ſolidorum cenſus noſtri qui ab omnibus Burgenſibus prædicti Burgi nobis annis ſingulis debentur. Si quis Burgenſium infra burgum vel extra noſtram gratiam demeruerit, non eum in perſona vel rebus offendemus, niſi prius legitimis inducijs citatum, & ordine judiciario convictum, vel confeſſum, pro gratia vero noſtra recuperanda decem libras nobis, judici tres, & ei quem læſit tres perſolvet, poſtquam vero victus vel confeſſus fuerit, ſtatim judex de bonis ſuis ad valorem earundem ſedecim librarum ſub noſtra cuſtodia ſequeſtrabit, inducias tamen habebit pro noſtra gratia recuperanda ſex hebdomadarum & trium dierum quibus expletis, ſi gratiam noſtram non fuerit conſecutus, omnia bona ſua in banno burgi Briſach ſita, no-

Digitized by Google

ſtræ cedent poteſtati, quod ſi judex alicujus odii occaſione ſe ſibi gravem reddiderit a burgo recedendo, vel alias ſe ſubtrahendo ut ſibi nomine noſtro dicta pecunia infra debitum terminum non ſolvatur, reus ipſam pecuniam in manus eorum duodecim qui de conſilio fuerint, nomine noſtro offeret, & ſic gratiam recuperabit. Si quis infra bannum burgi aliquem burgenſium armata manu invaſerit, ſive percutiat, ſive non, gratià noſtrà carebit; Si quis aliquem burgenſium ad terram dejecerit, a noſtrà gratia ſit alienus. Si quis infra bannum burgi aliquem de burgenſibus propria domo vel aliena malignandi animo quod vulgo dicitur *Heimbſuchen*, quæſierit, gratià noſtrà carebit; Si ſtrepitus vel tumultus ob incendia, rixas, vel ob aliquem alium caſum emerſerit, quicunque illic arma aliqua geſtaverit, præter clypeum, ferreum pilleum, & ſecurim, tres libras judici emendabit, niſi guerra vel inſultus hoſtium in bannum provenerit, & ad reſiſtendum eis communiter exierint. Si quis alteri probroſè conviciatus fuerit, Judici decem Solidos, univerſitati Burgenſium decem, & convitia paſſo decem perſolvet. Si quis incola hujus burgi egeſtatis cauſa vel alia neceſſitate a burgo recedere voluerit, libere recedat. Infra burgum Briſach & Argentinenſem civitatem nullus erit portus qui vulgo dicitur ***Ladtſtatt*** niſi apud Briſach, ab exactione thelonei burgenſes per noſtri Rheni diſtrictum abſolvimus, infra Rheni noſtri terminos ſub noſtri conductus ſecuritate negotiabuntur, omnes homines ſtatuta burgi ſecum volentes ſervare recipient, Quod ſi forte alicujus proprium hominem receperint, ſi ante annum expletum a die receptionis ſuæ a ſuo domino repetatur, & ſuus eſſe jure debito comprobetur, eidem domino ſuo reddetur; poſt annum vero expletum, dictus dominus ſi in provincia fuerit, repetendi nullam habeat faculta-

Digitized by Google

tem. Quidquid infra ambitum Rheni ſupra Briſack ad duo miliaria & inferius ad unum fuerit *Rheinſällig* ad ipſum burgum pertinebit, præterea ſupradictis civibus de Briſaco ex libertate regia concedimus, ut poſſint habere foeuda & poſſidere ſecundum conſuetudinem feudorum. Item ipſis civibus omnes honeſtas & rationabiles conſuetudines confirmamus jure Imperii in omnibus ſupradictis excepto. ut autem hec omnia inviolabiliter obſerventur, præſentem paginam conſcribi, & regiæ Majeſtatis ſigillo fecimus inſigniri, ſtatueutes ut nulla perſona humilis vel alta his noſtris ſtatutis obviare præſumat, ad majorem etiam confirmationem hi, qui aderant teſtes ſubſcripti ſunt, Venerabilis Henricus Tridentinus Epiſcopus, Illuſtres Albertus Saxoniæ & Philippus Carinthiæ Duces, Marchio de Hachperch, Burgardus de Hoënberch, Everardus de Catzinnellenboge, & Henricus de Vriburch Comites, Walterus de Clingen, Vlricus de Rapoltſteine, Rudolphus de Hewin, Heſſo de Vſenberch, & Burcardus de Horburch nobiles.

Signum Domini Rudolphi Romanorum Regis Invictiſſimi

Acta ſunt hæc anno		Dominicæ Incarnationis
Mileſimo Ducenteſimo		Septuageſimo Quinto,
Indictione tertia. Re	(Locus monogrammatis)	gnante Domino Rudolfo
Romanorum rege Se		reniſſimo anno regni ejus
ſecundo. Datum apud		Briſack octavo Kalend. Se-
ptembris feliciter		Amen.

CLV.

DIPLOMA RUDOLPHI I. IMPERATORIS PRO ABBATIA TENNEBACENSI.

ANNO MCCLXXVI.

Ex Tabulario Tennebacenſi.

Rudolfus - - Rex Romanorum - - cum inter religioſos viros - - Abbatem & Conventum de Thennebach Ciſterc. Ordinis dilectos & devotos noſtros, ex una, & fideles noſtros fratres de Keppenbach ex parte altera ſuper quibusdam aquis, paſcuis ac aliis moveretur longo tempore materia queſtionis & ejusdem queſtionis diſceptatio in preſentia plurimorum fuerit ventilata, tandem ad noſtre celſitudinis audientiam extitit devoluta. Sed quia nos hujusmodi Diſcuſſioni & Deciſioni intendere perſonaliter nequibamus, nobili viro *H. Marcgravio de Hachperg* & - - - Sculteto de Briſach dilectis fidelibus noſtris, in hac parte vices noſtras duximus committendas. Poſtmodum verò cum predictus Marchio memorate queſtioni intendere non valeret, predicti. - - - Abbas & Conventus de Tennibach & dicti fratres de Keppenbach concorditer & uniformiter in predictum Scultetum de Briſach compromiſerunt, eligentes ipſum nomine arbitri in predictis, promittentes fideliter ex utraque parte ſuo ſtare arbitrio in hac parte. Idem verò Scultetus inquirens apud prudentes viros ydoneos, nec non fide dignos ſuper predictis omnibus diligentius veritatem, tandem memora-

tas partes ſecundum formam quarundam litterarum patentium concordavit: Nos verò qui bonum pacis diligimus, & ex regalis equitatis juſtitia affectare debemus, predictum arbitrium & Complanationem Diſcordie ſecundum quod in patentibus Litteris continetur ratam & gratam habentes preſentis ſcripti patrocinio communimus apponentes noſtre majeſtatis Sigillum - - - Datum Hagenowe XIIJ. Kal. Maij. Indict. IIIJ. anno Domini M.CC.LXXVI. regni verò noſtri anno tertio.

CLVI.

MARCHIO HEINRICUS II. DE HACHBERG CAPITULO MAJORI CONSTANTIENSI ABBATIAM TENNEBACENSEM COMMENDAT.

ANNO MCCLXXVI.

Ex Tabulario Tennebacenſi.

Venerabilibus in Chriſto Dominis Prepoſito-Decano ceterisque Conſtant. Eccleſie Canonicis Heinricus *Marchio de Haberg* cum omni reverencia & obſequio paratam ad quelibet beneplacita voluntatem. Quoniam Dominus ac pater noſter bone memorie *Heinricus Marchio* religioſis in Chriſto viris Abbati & Conventui de Thennibach ordinis Cyſterc. pro remedio anime ſue ac omnium progenitorum ſuorum curiam ſuam ſitam in villa *Muosbach* cum omnibus ejusdem curie appendiciis & ſpecialiter

Digitized by Google

cum jure patronatus eccleſie prefate ville contulit, ea videlicet intentione, ut fructus prefacte eccleſie ad menſam eorundem Dominorum perpetuo deſervirent; in cujus curie corporali poſſeſſione nunc ſunt & multo tempore jam fuerunt, nullam tamen adhuc gratiam in ipſa ſunt eccleſia conſecuti. Cum igitur ad preſens in dicto Monaſterio Thennibacenſi ſuperexcreverit numerus perſonarum Deo ibidem continue militancium ac gravi debitorum pondere domus eadem ſit oppreſſa, vobis univerſis & ſingulis ſupplicamus cum ipſis & pro ipſis monachis monaſterii memorati cum affectu omni precum inſtancia qua valemus, quatenus intuitu Dei ac pretextu noſtre dilectionis & ſervicii perpetui oppreſſionem dicte Domus miſericorditer conſiderantes veſtro favore conſilio & auxilio ipſis ſicut veſtrj indiguerint prodeſſe dignemini, aſſiſtere & favere, ut fructus prefate eccleſie in *Muosbach* uſibus eorundem monachorum ſpecialiter deputentur. tantum in hoc caſu pro nobis facientes ut noſtras ſibi apud vos preces ſenciant profuiſſe. & ut vobis ad quelibet ſimus ſerviciorum genera promptiores. Et in evidenciam premiſſorum preſentes vobis litteras miſimus ſigilli noſtri Karactere conſignatas. Datum Hahberg Anno Domini M.CC.LXX. ſexto VIII. Idus Julij.

CLVII.

Digitized by Google

CLVII.

MARCHIONIS HEINRICI II. DE HACHBERG, LANDGRAVII BRISGOVIÆ LITERÆ, DE CIVITATIS FRIBURGENSIS IMMUNITATE A JURISDICTIONE LANDGRAVIALI.

ANNO MCCLXXVI.

Ex autographo Friburgenſi.

Allen den die diſen Brief anſehint oder horint leſin den kunden wir der Margraue Heinrich von Hahperg der Lantgraue iſt in Briſcowe *daz die Burger von Vriburg in Briſcowe vor vns an eime offinne lantgerichte wurden angeſprochen umbe jr Vriheit, vnde daz ſu da behuben, daz du ſtatte ze Vriburg gevrite ware von Kunge vnde von Keiſer, alſe ſi ze rehte ſolti. Vnde daz ſu vor nieman ze rehte ſtan ſulin wande vor jrme Herren oder vor dem der an ſiner ſteitte rihter iſt. Diſ behuben ſu vnde bezugeton vor vnſs an eime offinne lantgerihte ze* Osmenningen *mit Riterne vnde mit andiren Luten, alſe jnen da mit rechtir urtheilde wart jrteilet. Da vil eideler lut warin, Ritter, Burger, vnde och geburon. Vnde haruber ze einem Vrkunde, vnde ze einer Bezugunge dierre Warheit, ſo hein Wir jnen diſen Brief gegebin, vnde beſigelte mit vnſirme Ingiſigel, vnde beueiſtet. Vnde beſchah och diſ an der Mitchun*

nah ſant Gallen meſ deſ Jares do man zalt von Gotteſ Geburte zweilf-hundert Jar, vnde ſehſu, vnde ſibinzigge.

Nota. Libertatem hanc Friburgenſis Civitatis, ſoli Sculteti ſui judicio obnoxiæ, Albertus I. Imp. die Sat. ante S. Bonifacii 1301. ad Heidelbergam renovavit, rogante Friderico, Epiſcopo Argeot. Servatur Diplomatis quoque hujus autographum in tabulario Friburgenſi.

CLVIII.

RUDOLPHUS I. MARCHIO VERONENSIS (BADENSIS) CONSENSU FILIORUM SUORUM PARTHENIO LUCIDÆ VALLIS DECIMAS IN ETHENINGEN CONFERT.

ANNO MCCLXXVII.

Ex tabulario Bada-Durlacenſi.

Nos Rudolphus Dei gratia *Marchio Veronenſis, Dominus de Baden*, tenore præſentium profitemur & conſtare volumus univerſis præſentibus & futuris, quod nos accedente conſenſu *Hermanni Rudolphi, Heſſonis & Rudolphi, filiorum & heredum noſtrorum* medietatem decimæ in oppido Ettlingen, quæ à retro actis temporibus nobis & noſtris progenitoribus attinebat, & competere videbatur, in perſonas religioſas, Abbatiſſam videlicet, & conventum Sanctimonialium Lucidæ vallis ordinis Ciſtercienſis Spirenſis Diœceſis, ob devotionem, quam

ad ordinem habemus, tranſtulimus bonâ & liberâ voluntate, &c. Teſtes Cunradus & Rudolphus fratres nobiles de Roſſewag, Rheinhardus Kymo de Baden, Dietherus Rodarius &c. Ut hæc robur habeant firmitatis ſigilla, noſtrum videlicet & ſoceri noſtri Domini Othonis Senioris de Eberſtein præſentibus ſunt appenſa. Datum & actum in oppido Beſenkeim. Anno Domini MCCLXXVII. Idus April.

CLIX.

EXCERPTA EX CHARTA, QUA HERMANNUS VII. MARCHIO EJUSQUE FRATRES RUDOLFUS ET HESSO CASTRUM LINDENFELS IN COMITEM PALATINUM TRANSFERUNT.

ANNO MCCLXXVII.

Ex collectione diplomatum Würtembergica, in cauſſa equeſtri edita, Reichsſtändiſche Archival Urkunden dicta, P. I. Sect. III. Cap. IV. pag. 449.

Nos *Hermannus*, *Rudolphus*, & *Heſſo*, *Marchiones de Baden*, præſenti ſcripto profitemur & notum facimus preſentibus & futuris hanc literam inſpecturis, quod magnifico principi Domino, & Avunculo meo chariſſimo, illuſtri Lodouico Comiti Palatino Rheni Duci Bavariæ, *caſtrum noſtrum Lindenfels* quod titulo proprietatis nos reſpiciebat & *quod a patre noſtro in portione debita nobis ceſſit, qui nobis idem caſtrum cum ſuis attinentiis, nec non alia bona ſua, ſecundum ius & conſuetudinem terræ tra-*

Digitized by Google

didit & donavit liberaliter, perpetuo poſſidenda cum hominibus maioribus & minoribus cujuscunque conditionis vel ſexus exiſtant, &c.

CLX.

HENRICI MARCHIONIS HACHBERGENSIS LITERÆ DE ADVOCATIA IN BLANSINGEN, MONASTERIO OLSPERGENSI DATÆ.

ANNO MCCLXXVII.

Ex autographo monaſterii Olſpergenſis. Extat apud Herrg. n. 565. ſed non exacte.

Nouerint univerſi audituri tenorem preſentium, vel viſuri. Nos Heinricum *Marchionem de Hachberc*, ad preces inclite domine noſtre *(a)* Regine, dilectis in Chriſto Abbatiſſe & conuentui monaſterii in Olsberc Ordinis Ciſtercienſis Baſilienſis diœceſis, in hoc ſcripto fideliter permiſiſſe, quod de uniuerſis bonis, ſeu poſſeſſionibus ſuis in villa dicta *Blanſingen* ſiue in territorio dicte ville ſitis, quorum jus advocacie ad nos ſpectare dinoſcitur, in duobus Maltheris ſiguli, & una pſoma vini rubei, nomine dicte advocacie nobis, & noſtris ſucceſſoribus annis ſingulis preſentandis contenti eſſe ſimpliciter debeamus. Ita, quod in perpetuum nec per nos, nec per noſtros ſucceſſores, a memoratis ſanctimonialibus ratione ſepeſate Aduocatie, preterquam preſcriptum frumentum & vinum, vt dictum eſt, nobis an-

(a) *Romanorum*. Herrg.

nuatim donandum, nichil penitus exigatur, aliquatenus aut recipiatur. In cuius rei teſtimonium, preſentes ipſis dedimus litteras ſigillo ipſius domine noſtre Regine & noſtro pariter ſigillatas. Et nos. A. Dei gratia Romanorum Regina, ad petitionem ipſius *Heinrici Marchionis de Hacberc*, *Auunculi noſtri dilecti*, ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Datum Rinvelden anno Domini M. CC. LXX. VII. feria ſecunda proxima ante Carnisprivium.

|| (L. S.) majeſtat. Annæ Romanorum Reginæ.

|| (L. S.) Heinrici Marchionis de Hachberg.

CLXI.

EXCERPTA EX RUDOLPHI I. IMPERATORIS CONFIRMATIONE IMMUNITATIS CIVITATUM VILLINGEN, FÜRSTENBERG, HASLACH &c. A FORO EXTRANEO.

ANNO MCCLXXVIII.

Ex Archivo Fürſtenbergenſi.

Supplicante itaque noſtræ Majeſtatis Culmini Viro Henrico Comite de Fürſtenberg, noſtro Conſanguineo, Imperii fideliſſimo, ut cum Villingen, Fürſtenberg, Haslach, Dornſtetten & alia ſua oppida, quæ-

Digitized by Google

cunque Patris ſui & *Ducis de Zehringen*, *(a)* aliorumque Progenitorum ſuorum temporibus, qui eadem legitime poſſederunt & prædeceſſorum noſtrorum Imperatorum & Regum Romanorum illuſtrium indulto tali gaviſa fuerunt libertate ſeu immunitate, quod nemo Civium oppidorum prædictorum utriusque ſexus extra oppidum ſuum potuit vel debuit coram Judice aliquo extraneo conveniri ſibi ſuisque civibus & oppidis prædictis libertatem ſeu immunitatem hujusmodi innovare, & confirmare de benignitate Regia dignaremur. Nos ipſius Comitis Henrici, qui ſe noſtris & Imperii Servitiis præ cæteris hactenus fidelius & irremiſſius applicabat, & adhuc applicat inceſſanter, precibus inclinati, libertatem ſeu immunitatem prædictam ſibi ſuisque Civibus & oppidis prænotatis innovamus, & confirmamus præſentium teſtimonio literarum, volentes & auctoritate Regia firmiter inhibentes, ne quis Civium oppidorum prædictorum, coram alio quo, quam oppidi, in quo reſidet, Judice, ſive realis, ſive perſonalis, ſive alia quæcunque contra ipſum actio intentetur, ſtare judicio compellatur, ſed ſi quis contra ipſos Cives vel eorum aliquem habuerit actionem, illum coram Judice, vel Schulteto oppidi ejusdem juris ordine proſequatur . . . Datum in Caſtris apud Marchegge XIV. Kal. Sept. Indict. VI. Anno Dom. MCCLXXVIII.

(a) Duces de Zæhringen Comitum Fürſtenberg. progenitores ſunt per Agnetem, Bertoldi IV. filiam, quæ Egoni Comiti Urac. nupſerat. Vid. Hiſt Zaringo-Bad. T. I. pag.

CLXII.

JACOBUS DICTUS SERMENZER, CIVIS NEOBURGENSIS, PRÆDIUM A SOCERO SUO, HEINRICO DE HACHA; MILITE, ACCEPTUM, ET DOMINIO DIRECTO MARCHIONIS HACHBERGENSIS OBNOXIUM VENDIT.

ANNO MCCLXXIX.

Ex archivo S. Blaſij.

Ich Jacob der Sermenzer ein Burger von Nuwenburg tuon kunt allen die diſen Brief ſehen oder hörent leſen das ich Burcharte von Eggenhein des erberen herren des Abbetes von S. Bleſien Kencht han gegeben ze choſenne das guot das mir ware von minem ſweher ſeligen hern Heinriche von Hacha einem Rittere und ets ouch ze Lene han von dem edlen Herrn dem Marchgrove von Hachperch *und lid ze Schalſingen und ze Eggenhien und ſol ime daſſelbe guot ze litigeme eigene machen ſwenne der Marchgrove kumet ze lande darnach inwendich einen manode. und ſturbi aber der Marchgrove ich ſol es ime lidigon von ſinen erben. und beſchehi ouch bezalte icht ich ſol es ſinen erben vertigen. Beſchehi ouch mir icht, min erben ſullen es velleiſten. Iſt aber das ich es nicht mouch vertigen als hie oben an geſcriben ſtat ſo ſol ich ims oder ſinen erben geben act phunt pheuigon au alle geverda. und han ime harumbe ze burgen gegeben hern Spanharten ein riter Johanſen von Sept und Friderichen Brunn. ſwie ime dis nicht wirt gevertiget als ich es gelobt han, ſwenne ſi denne werden gemant ſo ſullen ſi ſich antwurten ze recter giſelſcheſte in eines wirtes hus umbe veil guot eſſen unz alles das ich ime gelobet han werde*

geleiſt. Sturbi ouch des burgen eine. die andern ſullen lieſten unz ein andere an des ſtat werde gegeben. Vnd das dis ſtete belibe ſo han ich imo gegeben diſen brief beſigelten mit minem ingeſigele. Dirre Brief wart gegeben noch Gottes Geburte Tuſent jar Zewie hundert jar ſibenzich und niun jar, maenendes nach des heiligen Bonifacij.

CLXIII.

LITERÆ HEINRICI MARCHIONIS HACHBERGENSIS DE COMMUNI QUATUOR VICORUM SUORUM AGRO, DIETERICO ADVOCATO DE LANDECKE CONCESSO.

ANNO MCCLXXIX.

Ex autographo Tennebacenſi.

Wir Marcgrave Heinrich der edele Herre von Hahperg tuen kunt allen den die diſen brief anſehent oder horent leſen daz mit unſern willen die erſamen lüte gemenliche von den vier dörfern von Malteringen. *von* Henbach. *von* Kunringen. *von* Mundingen. *Dieteriche dem Vogete von Landecke verluhen hant en acker bi* Schadelandecke . . . . *Daz diz war ſi u. ſtete belibe ſo gen wir herüber unſer offennen brief zem urkunde u. ze einer hantveſti u. mit unſerme ingeſigele beſigelt u. wart der gegeben ze Hahperg des jares do man zalte von Gottes geburte zwelfhundert nünü und ſibenzig jar an ſante Cecilien tage.*

CLXIV.

CLXIV.

RUDOLFI I. IMP. DECRETUM, AD PETITIONEM HEINRICI MARCHIONIS DE HACHBERG EDITUM, NE QUIS INTRA COMITIÆ CUJUSCUNQUE LIMITES ABSQUE COMITIS CONSENSU MUNIMENTUM ALIQUOD CONSTRUAT.

ANNO MCCLXXIX.

Ex autographo Abbatiæ Tennebacenſis.

Nos Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis ſacri Romani Imperii fidelibus preſentes literas inſpecturis volumus notum eſſe, quod nobis anno Domini M. CC. LXX. IX. Indictione ſeptima Vienne pro tribunali ſedentibus, ad inſtantiam Nobilis viri H. *Marchionis de Hahper*, per communem omnium aſtantium ſententiam eſt obtentum, quod nullus homo, qualiscunque conditionis fuerit, in alicujus Comitis Comicia caſtrum vel municionem aliam qualemcunque erigere ſive conſtruere debeat, niſi prius ipſius Comitis ſuper eo requiſito beneplacito & obtento.

Quam ſententiam utpote rite & racionabiliter latam approbantes & etiam confirmantes univerſis vobis inhibemus, ne quis Veſtrum ſententiam hujusmodi violet vel infringat. Datum Viennæ die & loco predictis regni noſtri anno ſexto.

CLXV.

HEINRICUS MARCHIO HACHBERGENSIS CEDIT PROPRIETATE FUNDORUM IN EGGENHEIM ET SCHALSINGEN DE QUIBUS JACOBUS DICTUS SERMENZER FUERAT A SE INVESTITUS.

ANNO MCCLXXXI.

Ex archivo S. Blaſij.

Henricus *Marchio de Hahberch* omnibus Chriſti fidelibus noticiam. Noverint univerſi quos noſſe fuerit oportunum, quod nos intuitu divine retribucionis proprietatem fundorum quos excolit Burchardus Procurator Monaſterij S. Blaſij nigre ſilve Conſtantienſis diœceſis per Brisgaudiam conſtitutus ſitorum in villis *Eggenheim* & *Schalſingen* de quibus fundis olim Jacobus dictus Zermez civis oppidi in Nuwenburch per nos extitit infeodatus viris religioſis divina permiſſione Abbati & Conventui Monaſterij S. Blaſij, jam dicti donamus - - - verborum & geſtuum adhibita ſollempnitate quæ in hujusmodi negotiis ſolita eſt adhiberi. Renunciantes pro nobis heredibus noſtris utriusque ſexus omni exceptioni - - - -

In cujus rei teſtimonium preſentem literam jam dictis Abbati & Conventui Monaſterij S. Blaſij damus. Datum apud S. Blaſium Anno Domini MCCLXXXI. 3. Nonas Dec. Ind. X. preſentibus Anshelmo Prepoſito de Burgelon. Magiſtro B. Rectore Eccleſie in Oberneggenhaim. Dicto Burner cive in Vriburch. Bertholdo Advocato de Suſenburch & aliis.

CLXVI.

RUDOLPHI I. IMP. PRIVILEGIUM CIVITATI FRIBURGENSI DATUM, UT JURIBUS CIVITATIS COLUMBAR. FRUERETUR.

ANNO MCCLXXXII.

Ex autographo Friburgenſi.

Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Vniverſis ſacri Imperij Romani fidelibus preſentes litteras inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum; In Regie dignitatis ſpecula, divino munere conſtituti, libenter ad fidelium ſubditorum utilitates & commoda procuranda, ſolite benignitatis inclinamus intuitum, ut ceteri ex eo ad nos ſacrum Imperium devotionis & fidei ſuſcipiant intentivum. Noverint igitur tam preſentis etatis homines quam future quod nos venerandi Heinrici Baſilienſis Epiſcopi ordinis minorum principis & ſecretarij noſtri dilecti, grata multum & placita pure devocionis inſignia in quibus, nobis non infima delectatione complacuit, benignius Intuentes, ad ipſius inſtantiam, prudentibus viris, civibus Friburgenſibus in Briſcowia tam preſentibus quam futuris & ipſorum Civitati omnes gratias, libertates & jura, quibus civitas Columbarienſis, & alle noſtre ac imperij civitates, gaudere noſcuntur, de Regali clementia concedimus, & de novo donamus, perpetuo poſſidendas. Inſuper in gratie amplioris augmentum, predictis civibus, & ipſorum civitati, omnia jura, conſuetudines, libertates & gratias, quas usque ad hec tempora juſte ac ratio-

Digitized by Google

nabiliter habuerunt, de plenitudine poteſtatis Regie confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Teſtes hujus ſunt ven. H. Baſilienſis Epiſcopus predictus. Illuſtris L. Comes palatinus Reni Dux Bawarie. principes noſtri. Nobiles Viri. E. de Catzenellenbogen. Johannes de Spanheim. N: de Naſſowe Comites. H. de Bappenheim, Marſchalcus noſter & alii quam plures. In cujus rei teſtimonium preſens ſcriptum majeſtatis noſtre ſigillo juſſimus communiri; Datum Wormacie IIII. Idus Novembris. Indictione XI. Anno Domini M. CC. LXXXII. Regni vero noſtri anno decimo.

CLXVII.

OTTO EBERSTEINIUS PARTEM CASTRI VETERIS EBERSTEIN, RUDOLPHO MARCHIONI VENDIT.

ANNO MCCLXXXIII.

Ex autographo Archivi Badenſis Raſtadij.

Wir Otte von Eberſtein verjehen und thun kund allen den, die dieſen Brief ſehent oder hörent leſen, daſs wir unſerm Schweſter Mann Rudolphe dem Marggraven von Baden und unſer Schweſter Cunigunde, *ſeiner Würthin, für ſolche Anſprache, als unſer vorgenante Schweſter ahn uns hette, oder haben möchte, umb ſolch guth, das uns anerbete von Vatter und von Mutter, den Theil der Burge des alten Eberſteins, den unſer Vetter Simon von Zweybrücken hatte, und den Wir demſelben Simon mit rechtem Vrtheil und Gerichte han angewunnen, umb ſolchen Spruch, der geſchehen iſt, an dem Geſetzete, das zwiſchen unſerem Vatter, uns*

Digitized by Google

und ihm wardt gemacht, mit allem dem rechte, als Wir ihn vor Gerichte han erkoberet, gegeben han ohn alle Geſehrde. Wir nemmen aber uſs alle die Mannlehen, die zu dem Theile, das Simon von Zweybrücken was, hörten, alſo daſs Wir die ſollen lyhen. Were aber, daß wir ohn Kindt, die uns erben ſolten, abegiengen, ſo ſollent ſie wider fallen ahn den vorgenannten Marggraven von Baden undt ahn ſin Erben, daſs diſs von unſern wegen ſtethe blibe, des han Wir geſchwohren uff den heiligen. Diſs geſchahe, da von Gottes Geburthe waren tuſend jahr, zweyhundert jahr, achtzig jahr und drey jahr, ahn dem achten Tag nach St. Walburge Tage.

CLXVIII.

OTTO COMES AB EBERSTEIN ALIAM PARTEM CASTRI VETERIS EBERSTEIN AFFINI SUO, RUDOLPHO MARCHIONI BADENSI VENDIT.

ANNO MCCLXXXIII.

Ex autographo tabularij Bada-Badenſis.

Wir Otto von Eberſtein verjehen und thun kund allen denen, die dieſen Brieff ſehen, oder hörend leſen, daſs Wir unſerm Schweſter Mann Rudolphe *dem Marggrave von Baaden haben zu kaufen geben den vierten Theil der Burge des alten Eberſteins, den Wir* von unſerem Vatter erbeten *um 25. Marckh minder dann 400. Marck löthiges Silbers mit ſolchem Guthe, als Wir an dieſem Brieff benennen: Wir ge-*

Digitized by Google

ben das Wyler daſs man heiſſet Zelle, alſo daſs man diſs ledigen ſoll von der Wittwe zu Büre: Wir geben Ihm auch Feld, Wald, und was an dem Burge gelegen iſt, biſs an die Stadt, die da heiſſet das Rodeſohl, Wir nehmen aber uſs bey Nahmen an dieſem Briefe, den Wald der zu dieſem Theil höret der Burge, den man heiſſet der Dickhe, Wir nehmen auch unſer Lüth uſs, die uff den vorgenannten Guthe ſitzen, daſs diſs ſteth und väſt blibe, und Wir In der Gütheren wehren nach rechte, darumen iſt dieſer Brieff beſiegelt mit unſerm Inſigel, diſs geſchahe, da von Gottes Gebuhrt ware tuſend Jahr, zweyhundert Jahr, drey und achtzig Jahr ahn dem achten Tag nach St. Walburg Tag.

CLXIX.

RUDOLFUS I. IMP. FILIO SUO NATURALI, ALBERTO COMITI DE LOEWENSTEIN, DECIMAS HEILBRONNÆ CONFERT IN FEUDUM.

ANNO MCCLXXXIII.

Ex Tabulario Elector Palat.

RUDOLFUS Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis ſacri imperij Romani fidelibus preſentes Litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Licet Regalis Liberalitatis affluentia nec non munificentiæ plenitudo erga cunctos noſtros ſubditos & fideles ad incrementum fidei amplioris lucide debeat elucere, tamen Naturæ Lex præcipit filiis ampliorem ceteris gratiam impartiri; ſane cum erga nobilem virum Albertum Comitem de Loewenſtein filium noſtrum dilectum

Digitized by Google

ſic vigeat noſtra affectio paternalis, quod ipſius commodum noſtrum proprium reputemus, ſibi & Heredibus ſuis legitimis omnes decimas in *Heylicprunne* ad nos & imperium pertinentes conceſſimus a nobis & eodem Romano imperio perpetuo in feodum poſſidendas. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere vel ei in aliquo auſu temerario contraire, quod qui fecit, gravem noſtræ Majeſtatis offenſam ſe noverit incurſurum. In cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum exinde conſcribi, & Majeſtatis noſtræ ſigillo fecimus communiri. Datum Hagenowe X. Kal. Junij Indict. XI. Anno Domini M.CC.LXXXIII. Regni noſtri anno X.

Nota. Cum hac charta conf. aliam infra ad Annum 1298.

CLXX.

HERMANNI VII. MARCHIONIS CHARTA, QUA REDITUS SUOS IN KNODELINGEN ET NUWERUTE PRO XXVI. MARCIS ARGENTI OPPIGNERAT.

ANNO MCCLXXXIII.

Ex autographo Durlacenſi.

Wir Herman der junge *Marggraue von Baden dun allen den kunt, die diſen Brief ſehen alder horen leſen, daz wir dem Herren Peter von der Sconenegge von Straſburg verſezet haben vnſer Gelt, daz*

wir haben ze Knodelingen *(a) vnd ze dem* Nuwerute *(b) vmbe ſehſe vnd zewanzig marke lotiges Silbers mit dirre beſcaidenheit, daz er alder ſine erben von deme vorgenannten Gute von Oſteren, die nu koment vber Jar nemen ſullen drizen marke lotiges Silbers vnd darnach ze Sante Micheles Dage dem neheſten die anderen drizen Marke vnd haben ime daz gelobet mit vnſeren driwen, daz Wir in noch ſin erben an dem vorgenanten Gute nicht en irren mit kainer ſlahte dinge, Bi dirre vnſere Sazunge iſt geweſen der Herre Hug der Voget von Wellehuſen, Herre B. von Remechingen, H. Gerhart von Vbeſtat vnd Al. der Scriber. daz diz alſo veſt vnd ſtäte belibe, dez geben wir dem vorgenanten Herren Peter vnd ſinen erben vnſeren ofenen brief, verſigelt mit vnſerem Inſigel, dirre brief wart geben, do von Gottes Geburt gezalt waren duſent Jar zewaihundert Jar vnd driv vnd achzig Jar, an Sante Gallen Dage.*

(L. S.)

(*a*) Hodie *Knielingen*, vel, ut in documentis reperitur, *Knüllingen*.

(*b*) Hodie *Neret*, vterque Præfecturæ Carolsruhenſis vicus.

CLXXI.

CLXXI.

HEINRICI II. MARCHIONIS HACHBERGENSIS CHARTA, QUA MONASTERIO ADELHAUSEN DECIMAS IN ÜCHTINGEN TRADIT.

ANNO MCCLXXX.

Ex autographo tabularii Bada-Durlacenſis.

Wiſſen alle, die diſen Brief ſehen oder hörent leſen, das ich marggraue Heinrich von Hochperg *hab gegeben zu nieſſende vnd zu beſitzene meinen Zehenden zu Vchtingen dem Cloſter zu Adelhauſen bey Freyburg, dur Gott und durch meiner kint willen, Kunigunden vnd Eliſabethin, die in demſelben Cloſter ſeind, vnzint ich deſſelben Cloſters Conuent han geweert hundert Mark Silbers, alde ein ander Gut, das Sie darfür nement, vnd die wal ſoll ſtan an dem vorgenanten Conuent vnd nit an mir, vnd wirt aber das vorgenant Cloſter entwèrt des vorgenanten Zehenden von einer ſchlacht ſach, ſo bein ich vnd alle meine Erben ſchuldig der vorgenannten hundert Mark alle des Guts, das der vorgenant Conuent darfür nemit vnd wa ſie nit gewert ſeind an dem Zehenden, hundert Mark Silbers, da ſoll ich vnd meine Erben beſſirne, wenn ſys vordernt vnd harüber zu einem Vrkundt, So han ich Inen diſen brief geben vnde beſigelt, mit meinem Ingeſiegel vnd meins Oheims Herrn Wilhelms von Schwartzenberg vnd mit der Stett Inſigele zu Freyburg vnd ward der gegeben, da man zalt von Gottes Geburt zwelf hundert Jar vnd Im vier vnd achtzig, an der Mitchun nach dem Palmtag vnnd waren haran da dis beſcach, der Abt von Teinbach vnd*

Digitized by Google

mein Oheim von Schwarzenberg, der Leſmeiſter von den Predierne zu Freyburg vnd Bruder Damme von Waldkirch vnd bruder Heinrich von Rotwyl, der Schafner deſſelben Cloſters Adelhauſen vnd der Turner von Freyburg vnd ander biderleuwt gnug.

CLXXII.

HEINRICUS MARCHIO HACHBERG. UXORIS ET FILIORUM SUORUM CONSENSU REDITUS IN MALTERTINGEN ABBATIÆ TENNEBACENSI VENDIT.

ANNO MCCLXXXV.

Ex autographo Tennebacenſi.

Nos Heinricus *Marchio de Hahberg* univerſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum intuentibus geſte rei noticiam cum ſalute . . . Noverit igitur preſens etas & futura poſteritas quod nos accedente bona voluntate & conſenſu Domine *Anne uxoris noſtre legitime ac filiorum* noſtrorum *Heinrici. Ruodolfi* & *Friderici* aliorumque omnium liberorum noſtrorum religioſis in Chriſto viris Domino Abbati & Conventui de Thennibach Ordinis Cyſtercienſis Conſtantienſis Dyoceſis redditus quinque marcarum in villa & banno *Malterttingen* de bonis & poſſeſſionibus noſtris, que & quas habemus, quos redditus eisdem in hiis bonis nominete-

nus exprimimus . . . Teſtes qui huic venditioni interfuerunt ſunt iſti: Dominus Ulricus Abbas de Salem, domini Meinwardus Abbas de Thennibach, frater Heinricus Prior, frater H. major Cellerarius, frater Meinwardus Camerarius, frater C. Mercator, frater Ortholfus converſi de Thennibach, Comes Egeno de Friburg, Rudolfus de Ufenberg, Johannes & Willehelmus Domini de Swarzenberg, Dietericus junior & Volmarus fratres de Keppenbach. Wolframmus miles de Viſcherbach . . . . Wolfammus advocatus in Hahberg & Conradus ſcribi de Emmetingen & plures alij fide digni. In hujus venditionis & facti teſtimonium ac evidentiam pleniorem & perpetuam firmitatem nos prenominatus Heinricus *Marchio de Hahberg* prefatis Dom. Abbati & Conventui de Thennibach preſentes literas contulimus ſigilli noſtri & prefate Domine Anne uxoris noſtre & Heinrici filij noſtri Karactere conſignantas. Datum & actum apud Hahberg anno Domini M.CC.LXXX. quinto, in die decollationis beati Johannis Baptiſte, Indict. XIII.

Nota. Appendent his literis ſigilla: Heinrici Margravij de Hahberg; Anne Margravie de Hahberg; Heinr. March. junioris de Hahberg.

Digitized by Google

CLXXIII.

RUDOLFI I. IMP. DIPLOMA, QUO CASTRUM MULBERG, FEUDUM IMPERII, A RUDOLFO MARCH. BADENSI PROPTER NUPTIAS PERMITTIT DONARI.

ANNO MCCLXXXVII.

Ex autographo Bada - Durlacenſi.

Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, Vniverſis ſacri Imperii Romani fidelibus preſentes litteras inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum, Ne res geſte in obliuionis labantur caliginem, expedit, ipſas ſcripturarum teſtimoniis perhennare. Ad uniuerſitatis igitur veſtre noticiam preſentibus volumus peruenire, quod ſpectabilis Vir Rudolfus *Marchio de Baden Junior*, nobili femine *Adelheydi*, ſue Vxori legitime, ſororis noſtre de Ohſenſtein, filie, dedit & donauit mille Marcas argenti in dotem ſiue donacionem propter nuptias, que vulgariter wideme appellatur, Et quia idem *Rudolfus* paratam pecuniam non habebat, obligauit eidem *Adelheidi*, ſue Vxori caſtrum *Mulenberg*, cum omnibus ſuis attinenciis, quod à nobis & Imperio in feodum obtinetur & obligationem huiusmodi fecit per manus noſtras, tamquam domini feodi & de noſtro cenſenſu ſimplici & expreſſo, ita quod eadem *Adelheydis* Vxor ſua, ſororis noſtre de Ohſenſtein filia & ſui heredes, dictum caſtrum cum omnibus ſuis Juribus & attinenciis, non obſtante quod a nobis & Imperio tenetur in feodum, vt predictum eſt, tam diu teneat & poſſideat, quousque ſibi vel ſuis heredibus, dicte

mille marce fuerint perſolute. In cujus noſtri conſenſus teſtimonium preſentes litteras Maieſtatis noſtre ſigillo fecimus communiri. Datum Heilprunne V. Kalend. Decembris, Ind. XV. Anno Domini M. CC. LXXX. ſeptimo. Regni vero noſtri anno quinto decimo. Nos autem *Rudolfus Junior, Marchio de Baden* prediꝍtus, prediꝍtarum mille marcarum donationem & prediꝍti caſtri obligationem pro eisdem, vt premiſſum eſt, prediꝍte *Adelheydi*, Vxori noſtre legitime, per manus ſereniſſimi Domini noſtri Domini Rud. Romanorum regis & auꝍtoritate ſua & conſenſu ſuo, nos feciſſe, preſentibus publice proteſtamur. Teſtes, qui huic donacioni & obligacioni interſuerunt, ſunt venerabilis H. Archiepiſcopus Moguntinus, Cunradus Arnentinenſis Epiſcopus, nobiles viri *Heſſo, Marchio de Baden.* Eberh. de Catzenellenboge Comes, & quamplures alii fide digni. Et nos teſtes ſuperius annotati, ad preces prediꝍti Rudolfi, Marchionis de Baden, ſigilla noſtra vna cum ſereniſſimi Domini noſtri domini Rudolfi Romanorum Regis ſigillo & ſuo preſentibus duximus appendenda. Datum Heilprunne, Anno Domini, die & Indiꝍtione preſcriptis.

(L. S.) Rudolfi Regis.			(L. S.) Eberh. Com. de Catzen ellenboge.

Digitized by Google

CLXXIV.

RUDOLPHI I. MARCHIONIS BADENSIS DONATIO FACTA MONASTERIO IN SCHWARZACH.

ANNO MCCLXXXVIII.

Ex Archivo Badenſi.

Sciant cuncti, quos ſcire fuerit opportunum, quod nos *Rudolphus* D. G. *Senior de Baden*, pro nobis & noſtris heredibus univerſis, ſive ſucceſſoribus, vineam dictam *in der Hürenbach*, in villa & banno *Alswiller* ſitam, cujus jus proprietatis ad nos ſpectabat, viris religioſis & à Chriſto dilectis, Abbati & Conventui Monaſterii in *Zuartzach* tradimus, conferimus & aſſignamus, jure proprietatis. Datum in *Eberſtein*, anno Domini MCCLXXXVIII. Sabbato poſt nativitatem beatiſſime virginis Mariæ.

Digitized by Google

CLXXV.

RUDOLPHI I. MARCHIONIS ERECTIO ET DOTATIO CAPELLÆ IN MONASTERIO BÜEREN.

ANNO MCCLXXXVIII.

Ex Gamanſii Manuſcripto.

Wir Rudolph von Gottes Gnaden, der alte, *Marggraff von Baden, thuen kund hiemit, daſs wir mit guter Betrachtung, und mit gutem Rath, vnſeren Theil, deſs zehenden zu Steinbach hingegeben, und geben an das Cloſter zu Büeren und ſelbſten zu einem Seel gerath lauterlich, durch Gott, durch unſer Frauen* Sanctæ Mariæ *Ehr, und durch unſer ſeelen Willen, alſo, daß man ein Capellen daſelb mache, mit dreyen Altaren, und daß da täglich drey geiſtliche prieſter ſollen drey Meß ſingen oder ſprechen Unſerem Herrn Gott und unſer Frauen* Sanctæ Mariæ *zu Lob und Ehren für unſere Miſſethatt: von dieſem vorgenanden Zehenden ſoll man drey geiſtliche Prieſter verpfründen und die gewöhnliche Nothdürfften berichten unvergänglichen, und was da übrig wird von den vorgenanden Zehenden, damit ſoll man die Capellen beſſern und auch daß Gottes Hauß: Wir geben auch unſern Hoff zu Sinzheimb, der da heiſſet Kellers hoff mit allen Rechten beyde Mann und guet, und wer da innen ſitzet, alß wir ihn bißhero gehabt haben an die vorgeſchriebene Capellen, alſo daß man von dem Hoff und von dem Geld drey Licht machen ſoll, die Tag und Nacht brennen ſollen, vor den drey Altären, und was daran geobert, davon ſoll man Kerzen auf die Altär machen. Daß beſchah am* St. Simonis *und* St. Judas *abend da von Gottes Geburt waren zwölff hundert Jahr, und*

Digitized by Google

acht und achtzig Jahr, herbey was Pfaff Heinrich von Baaden, unſer bichter, Bruder Berchtold St. Wilhelms Orden, Herr Dieter von Lemensheimb, Herr Heinrich der Törſichter, Herr Berthold von Gertingen, Herr Eberlin Kolbe, Herr Ott von Seelbach, Ritter, Conrad unſer Schreiber zu Pfortzheimb.

CLXXVI.

RUDOLPHI MARCHIONIS BADENSIS LITERÆ PROTECTIONIS MONASTERIO SCHWARZACENSI DATÆ.

ANNO MCCLXXXIX.

Ex tabulario Schwarzacenſi.

Rudolphus Dei gratia *Marchio Senior de Baden*, dilectis & fidelibus ſuis, Militibus, Scultetis, Advocatis, cœterisque Officialibus, ac omnibus hominibus ſuis, præſentis paginæ inſpectoribus & tenoris ejusdem auditoribus gratiam ſuam & omne bonum.

Cum anteceſſores noſtri felicis recordationis, magna & ſpeciali dilectione Eccleſiam beati Petri in *Schwarzache* ſemper fuerint complexi, nos ipſorum veſtigia in hoc imitari volentes ab omnipotentis Dei & beati Petri reverentiam & remunerationem ſcire vos volumus ſingulos & vniverſos quod nos eccleſiam beati Petri in *Schwarzache* antedictam, & nuncios ejusdem, per totam terram noſtram ſub noſtra recipimus protectione & conductu, volentes ipſos ſub alis noſtræ protectionis & defenſionis exiſtere

exiſtere ſecuros, ipſisque omnia jura ſua, Capitalia quæ vulgariter dicuntur *fälle*: & cenſus ſuos ab omnibus hominibus, terræ noſtræ incolis, ſine omni contradictione dari & perſolvi, ſub obtentu gratiæ noſtræ præcipimus.

Præcipientes etiam vobis officialibus noſtris, ſicut gratiam noſtram diligitis, quatenus Dominum Abbatem de *Schwarzache* & nuntios ejusdem in præmiſſis & alijs, cum à vobis requiſitum fuerit, ſicut noſtra negotia fideliter & efficaciter promoveatis. Ut autem præmiſſis fidem adhibeatis indubitatam, præſentem paginam ſigilli noſtri munimine duximus roborandam.

Actum & datum anno milleſimo ducenteſimo octuageſimo nono 3tio. Kalendas May.

CLXXVII.

RUDOLPHI MARCHIONIS BADENSIS DONATIO MONASTERIO GOTTSAVIENSI FACTA.

ANNO MCCLXXXIX.

Ex archivo Badenſi.

Nos Rudolphus Dei gratia *Marchio de Baden* profitemur publice per præſentes & obligamus nos & noſtros ſucceſſores ad dandum in honorem S. Catharinæ ſingulis annis Conventui in *Gotſouwe* Ordinis S. Benedicti Spirenſis Diœceſis ſex modios ſiliginis ſuper deci-

ma noſtre ville *Burten (a)* ab ipſo Conventu perpetuo recipiendos. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Datum Anno Domini MCCLXXXIX. feria 2. poſt Dominicam Lætare.

(*a*) Beyerten.

CLXXVIII.

COMPOSITIO INTER EGONEM COMITEM ET CIVITATEM FRIBURGENSEM PER RUDOLPHUM I. IMPERATOREM.

ANNO MCCLXXXIX.

Ex autographo Bada-Durlacenſi.

Wir RUDOLF von Gottes Gnaden künig von Rome des riches allewegint ein merer tun kunt allen den die diſen Brief anſehint oder hörint leſin, daſs wir die miſhelli vnde den ſtoze der was enzwüſchont dem eidilne man vnſirem Oheim grauin Eginen, von Friburg vnde ſinen Burgerne von Friburg, der an vns bedinthalben wart verlazen mit vnſir liebon Fürſten rat von Gottes Gnaden der Biſchöue von Strazpurg vnde von Baſil vnde des eidilne Herrin von Gottef Gnadon Margrauin *Heinrichs von Hochperg der Lantrichter iſt in Brisgöwe* hein geſcheiden als hie nah ſtat geſchriben. Von erſte hein wir geheizen Got ze lobe vnd ze erin vnd durch des landes Fride vnd Notdurft vnn der ſtat ze Friburg daz der vorgenant Graue Egin allen ſinen Haſ vnde ſine Vngenade die er hat gegin der ſtat ze Friburg gemeinlich

Digitized by Google

oder gegen dehein Burger ſundirlich von de keheinir ſlaht ſache lutirlich abelazen ſol vnde het er öch daz getan. Dawider, wande derſelbe Graue Egin mit grozir vnde vnlidiger gülte bekümirt iſt, ſo hein wir die Burger geheizen, daz ſü Ime dur daz, daſ er an der herſchaft beſtan vnde Inen deſ de bas geraten vnn gehelſin müge, gebin ſulne vierzehin hundert Mark ſilbers, vnde hant öch ſü gelopt daz ze tvnde. Darzv heizen wir daz der Graue bi ſinen rethin biliben ſol vnn dü ſtat vnde die Burger üch bi jren rehtin ſulne beliben bedinthalben ane alle gevarde vnde het der graue gelopt an Vnſir hant bi gvten trüwen daſ er ſü darüber niemir fürbaz ſol beſwarne mit worten noch mit werchin mit jme ſelbin noch mit andiren ſinen Fründen, ane alle geuaerde vnde ſwa er die gelübde der ſtat vnde den Burgerne nüt ſtaete hieltj, vnde ſü übir ſinv vnde übir jrü reht beſwaernt oder twingen woltj, ſo ſvn wir, vnde vnſir ſun Rvdolf von Gottes Gnadon Herzoge von Oeſtirich vnde von Stire vnde die vorgenanten vnſir Fürſten von Strazpurg vnde von Baſil, vnde der Margraue Heinrich von Hahperg dem vorgenanten Grauin nvtes beholſin ſin, mit worten noh mit Werchin widir die ſtat vnde die burger ze Friburg ane aler ſlaht gevaerde, vnde daſ die Burger deſ de lihter düſe Burdi getragen mügin, ſo ſun ſü vngelt nemin gemeinlich bedü von den jren vnde von den andiren die zuze jnen wonint, In der ſtat vnde vmbe die ſtat, alſe ſü es nicht namin, vnde ſun daz tvn zehin dü nähſtin jar nah dem zil ſo ſü jezint hant, vngelt ze neminde vnde iſt daz öch deſ Grauin wille, vnde harüber ze eime Vrkunde vnde ze einre ſtäti, ſo iſt dierre Brief beſigilt mit vnſirme kunglichen Ingeſigel, vnde mit vnſirſ ſuns deſ Herzogen, vnde vnſirre

Fürſten von Strazpurg vnde von Baſil vnn des Margrauin von Hahperg, vnde Grauin Eginſ von Friburg Ingiſigilne, öch beſigilt vnde beveiſtet. Wir der vorgenant Herzoge vnde wir die vorgenanten Biſchöue von Strazburg vnde von Baſil vnde wir der Margraue von Hahperg, vnde jch Graue Egin von Friburg verjehen alles deſ ſo da vor ſtat geſhriben vnde geloben öch es ſtäte ze haltinne vnn darvmbe ſo hein wir öch vnſirü Ingiſigel gehenkit an diſen Brief. Dierre Brief wart gegebin do man zalt von Gottes geburt zwelf hundirt Jar vnde nünü vnde achzig an ſant Matheus Dag ze Baſil jn der ſtat.

(L. S.) (L. S.) (L. S.) (L. S.) (L. S.) (L. S.)

CLXXIX.

FRIDERICUS LOTHARINGIÆ DUX EGENONI COMITI FRIBURG. CAVET DE DAMNO, QUOD AUXILIO IPSI FERENDO ACCEPTURUS SIT.

ANNO MCCXC.

Ex autographo Bada - Durlacenſi.

Nos Fredericus Dux Lothorengie & Marchio. Notum facimus vniuerſis; quod cum Comes Egeno de Fribourch nobilis vir nobis auxiliari teneatur in armis toto tempore vite ſue contra quemcunque & quotienscunque a nobis vel certo noſtro nuncio fuerit requiſitus, prout in literis ſuper hoc confectis plenius continetur, nos promittimus predicto Comiti quod ſi eum, alium vel alios nomine ſuo venientes in auxi-

Digitized by Google

lium noſtrum dampnum ſuſtinere contigerit, nos de dampno predicto promittimus ſatisfacere dampnum patienti & ejus dicto de dampno paſſo credere per juramentum ſuum; & ut veritas appareat hanc preſentem literam ſigilli noſtri munimine duximus roborandam. Datum Anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo menſe Aprili.

||
(L. S.)
Dux repræſentatur eques & in parte auerſa impreſſum eſt ſigillum ſecretum.

CLXXX.

RUDOLFI SENIORIS ET FRIDERICI JUNIORIS MARCHIONUM BADENSIUM LITERÆ, QUIBUS MONASTERII ALBÆ DOMINORUM JURA PRISTINA FIRMANT NOVAQUE ADDUNT.

ANNO MCCXCI.

Ex autographo Bada - Durlacenſi.

Nos RUDOLFUS Dei gracia *Marchio Senior* & nos FRIDERICUS eadem gracia *Marchio Junior de Baden*, tenore preſencium publice profitemur, quod vidimus & audiuimus litteras illuſtriſſimi Domini noſtri R. Romanorum Regis, datas clauſtro Monachorum in Alba, Cyſtercienſis Ordinis, Spirenſis Dyœceſis, in quibus inter alias gra-

Digitized by Google

cias eis collatas ſpecialiter continetur, quod cum graue ſit eis, ſingulis vicibus ad conſilium & auxilium Imperii pro defenſione habere recurſum, licitum ſit ipſis Abbati & Conuentui vnum qui eis placuerit, de generacione dominorum de Eberſtain, à quibus ipſum Monaſterium funditus eſt conſtructum, ſibi eligere defenſorem, qui eis vice & nomine Imperii preſit vel proſit, verum quia predicti noſtri progenitores ad hoc & ad omnia obſeruanda, que in eisdem litteris continentur, ſe firmiter aſtrinxerunt, nos eorundem ſequentes veſtigia, ad predicta omnia nos aſtringimus & ad hec nos & noſtros preſentibus obligamus. Immo conferimus, ipſis fratribus, & colonis & pecoribus eorum, plenariam auctoritatem vtendi ſiluis, pratis, paſcuis, aquis, viis, inuiis & almendis, in omni noſtro dominio & diſtrictu, nec tamen occaſione hujusmodi nobis aut noſtris ad aliqua ſervitia tenebuntur, preterea nos aſtringimus per preſentes, quod ipſos monachos cum ſuis in clauſtro, Grangiis, Curiis, molendinis vel poſſeſſionibus tam habitis quam habendis & villis ſpecialiter nullo modo grauabimus in poſtulacione, ablacione vel extorſione frumenti, vini, animalium, canum, pullorum, denariorum ſeu pabuli, höbreht, hertreht, vreuel, dubi, ſturi, bete, vœgethaber, nec precipue grauabimus venacionibus, canibus & vecturis, ſeu rebus quibuscunque, Item in woldanis ſeu herberge reuſarum ad ipſos ad villas vel poſſeſſiones nullatenus diuertemus, ſed ſi ad clauſtrum vel grangias eorum nos cum noſtra familiari & domeſtica familia deuenire contigerit, contenti erimus cibo & potu, prout tunc ibidem habuerint, & ipſorum ordo requirit, adicientes, quod de judiciis faciendis & preſidendis niſi ſecundum nutum Abbatis & de Scultetis aut officialibus eorum ſtatuendis vel deſtituendis eciam ad nos nullo modo pertinebit, per quos ſi quid ter-

minari non poterit, monachis à nobis auxilium implorantibus cooperari permittimus, brachio ſeculari, nec tamen hac vel alia racione guerras, prelia vel vrluge potencium inibimus niſi ſuper hoc rogati fuerimus ab Abbate ſpecialiter & Conuentu, ad hoc ſi neceſſe fuerit, imperii auxilio inuocato nec vltra quam ipſi clauſtro vtile & exſpediens fuerit, fungemur dignitate & nomine defenſoris, inſuper quoque in villa & marchia noſtra *Malzche (a)* omnimodam eis & pecoribus eorum damus libertatem per omnia & in omnibus in duabus Curiis eorum videlicet in Cyegelhouen & in Malzche vtendi communitate & commoditate ſicut villani noſtri ibidem tam in ſiluis quam in almendis & ceteris uniuerſis, non obſtante quacunque conſuetudine aut allegacione, jure publico aut priuato, recongnoſcentes quoque nichil juris aduocacie nos in ſepedicto clauſtro cum ſuis habuiſſe vel habere, libertates, litteras, & gracias, quas habent ab ordine & à noſtris progenitoribus & à nobis preſentibus confirmantes, bona fide promittimus obſeruare, Inſuper ſi contra preſcripta venerimus euidenter, aut ſi inter nos, quod abſit, diſcordes fuerimus & diuiſi, ex tunc dicti monachi habebunt liberam facultatem, alterum ex nobis aut alium de generacione dominorum de Eberſtain eligendi nomine defenſoris, nec tamen hoc quisquam ex nobis impediet aut vllatenus egre feret, In quorum omnium robur & euidenciam preſentem litteram prefatis monachis ſigillis noſtris tradidimus communitam. Datum Anno Domini milleſimo CC. Nonageſimo primo, Menſe Auguſto.

(L. S.) (L. S.)

(a) *Malſch.*

CLXXXI.

RUDOLPHUS IMP. ALBERTO LEWENSTEINIO FILIO, SUO, CASTRUM MAGENHEIN ET OPPIDUM BUNEKEIN DONO DAT.

ANNO MCCXCI.

Ex archivi Bada - Badenſis authentico.

Wir Rudolf von Gotts Gnaden eyn Romeſcher Kunig Eyn merer des Riches dun kunt allen den, die diſen Brief ſehent, oder hörent leſen, daz Wir han gegeben Albrechte unſerme Sune von Lewenſteyn, die Burg zu *Magenheyn* und die Stat zu *Bunekeyn* und Derſere und Lutte und Gut allez daz darzu horet, in alleme deme rechte, als ſie hatte Her Conrad von Magenheyn, der heyzit uf der obern Burg von deme ſtifte von Menze umbe den wir daz vorgenante Gut kouft han, wir geben ouch dem vorgenenten Albrechte unſerme Sune, daz dorf zu *Bamiſpach* und den Kyrchſaz in demſelben dorf und Lutte und Gut allez daz darzu horet, den Hof zu *Flehingen*, und vümf Morgen Wingarten in *Buneckeymer* Marg in ungerſchetten und in yuch Taz, und ſechz Morgen Wiſen die da ligen in der Langenwiſen in Cimmerer Marg, daz wir ouch han kouft umbe Frau Guten von Magenheyn, und den vorgenanten Conraden ir wirt der ez ir ze yrer rechten wideme hatte gegeben in demſelben rechte alz er ez hatte von dem Stifte zu Menze, alſo daz der vorgenant Albrechte

Digitized by Google

Albrechte unſer Sun von Lewenſteyn ſechzhundert Pfund guter haller derſelben Frau Guten geben ſoll inwendig eynes Mandiz wanne er es wird angeſprochen von ir wegen, und ſol ſie daran nich hindern, gebe aber er der halber nith, ader Irret er ſie in keyme wege daran, ſo mag ſie des Koufis abe ſin, und mag daz vorgenante Gut geben, der ir allermeiſt darumbe gibt, wir han ouch Kouſt alle die Lehen die Edele Lütte hatten von dem vorgenante Conrade die geben wir ouch unſerme Sune der da vorbeſchriben ſtat, wir geben ime ouch allez daz gut geſucht und und ungeſucht, daz da vorbeſchrieben ſtat, und daz darzu horet, an den Kyrchſatz zu Bunnekeyn, den der vorgenante Conrade gegeben hat Zeyzolfe ſime Sune, vor alle Anſprache, die er an daz vorgenante Gut und daz dazu horet, haben mochte von keynerleie Sache, der Brief wart gegeben an dem Montage vor Sanct Johannis Tage zu Sungichten, da man zalte nach unſerz Herren Geburte Duſent jar zweihundert jar und eyn und Nuinceck jar, in unſeres Riches achzehenden Jare.

Digitized by Google

CLXXXII.

EGENO COMES ABBATI ET MONACHIS TENNE-BACENSIBUS CONFIRMAT JUS CIVITATIS IN FRIBURGO, AB OMNIBUS CIVIUM ONERIBUS IMMUNE.

ANNO MCCXCI.

Ex autographo Bada - Durlac.

Wir Grafe Egene von Fryburg künden allen - - - - daz wir den erberen geiſtlichen herren Abbet Meinwarten von Tennibach un den Convent un das Cloſter durch die Liebi, die wir zue in un unſer vorderen zue iren vorderen han vn gehebet hant, ze burger nemen ze Friburg un enphahen, alſo daz ſu uns noch unſeren erben en kein gewerſſt noch Sture geben ſulen noch och ir nachkomen, un ſulen doch darumbe deſte minre rehtes an der burgerſcheffte ze Friburg nut han, noch Schirmes von uns, alſe ſu an iren Brieſen hant, von unſerem Vatter ſeligen, un von unſeren burgeren ze Friburg beſigelten mit unſers Vatters, un mit der Stette ingeſigel, die ſelben Brieſe ſtetegen Wir dem vorgenemeten Cloſter ze Tennibach und iren nachkomen für Uns un für alle unſer erben mit dieſem gegenwertigem Brieſe, den wir in han gen beſigelt mit unſeren ingeſigel diz geſchah ze Friburg do man zalte von Gottes geburte zwelfhundert Jar, nunzeg Jar ünd ein Jar an Sante Laurentien Tag.

CLXXXIII.

RUDOLFI SENIORIS MARCHIONIS BADENSIS DONATIO FACTA MONASTERIO ALBÆ DOMINORUM.

ANNO MCCXCI.

Ex tabulario Bada-Durlacenſi.

Nos Ruodolfus Dei gratia ſenior *Marchio de Baden*, tenore preſentium publice profitemur, quod nos contulimus & atteſtatione preſencium conferimus clauſtro monachorum in Alba ſuper redditibus noſtris, ſiue precaria in *Malſche* quindecim maltera ſiliginis annuatim, de quibus ſingulis annis in vigilia annunciationis dominice ſervicium peragent in conventu cum albo pane & majore menſura vini & nos, quamdiu vixerimus, piſces ſupperaddemus, poſt mortem vero noſtram ipſi monachi tam piſces, quam predicta omnia miniſtrabunt cum oracionibus ſolitis in conventu. In cujus rei robur & euidenciam ſigillo noſtro prefatis monachis preſentem literam tradidimus communitam. Datum Anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo Secundo, Gregorij pape.

Digitized by Google

CLXXXIV.

LITERÆ VENDITIONIS VICI LANGENSTEINBACH MONASTERIO ALBÆ DOMINORUM A FRIDERICO MARCHIONE BADENSI FACTÆ.

ANNO MCCXCVI.

Ex autographo Bada-Durlacenſi.

Nouerint vniuerſi preſentem literam inſpecturi, quod nos Fridericus Dei gratia *Marchio de Baden* tenore preſencium publice profitemur, quod nos villam noſtram Langenſteinbach nobis jure proprietatis attinentem cum marchia tota & Campis, ſiluis, agris, pratis, aquis, viis, inuiis, almendis, comunitatibus, & comoditatibus vniuerſis, *beſuht* & *unbeſuht* & jus aduocacie, *dube*, *freuel*, *ſliure*, *bete*, *einunge*, *hobrecht* & *hertrecht* & vſum glandinum quod dicitur *deheme*, cum cenſibus & redditibus, & hominibus propriis, qui eisdem bonis attinent, vel qui nobis attinebant & tunc temporis in eadem villa morabantur, cum omnibus iuribus & vtilitatibus ac attinenciis vniuerſis quocunque nomine cenſeantur, hec inquam omnia vendidimus & atteſtacione preſencium vendimus clauſtro monachorum in Alba Cyſtercienſis ordinis, Spirenſis Dyoceſis, pro quingentis quinquaginta libris Hallenſium, quas nos integraliter recepiſſe per preſentes, renunciantes & abdicantes pro nobis & noſtris heredibus, coheredibus & ſucceſſoribus vniuerſis omni iuri & actioni, quod nobis & noſtris in huiusmodi competebat vel competere quomodolibet videbatur, Transferentes eadem omnia in monachos ante dictos libere perpetuo poſſidenda, obligantes nos & noſtros ac no-

Digitized by Google

ſtra ad veram & plenam warandiam & euictionem faciendam ſecundum viam iuris ſuper eisdem, vbicumque ſepedictis monachis viſum fuerit oportere. In cuius rei euidenciam & perpetuo valiturum robur, preſentem litteram ſigillo noſtro ſepedictis monachis tradidimus communitam. Acta ſunt hec, Anno Domini M. CC. XC. VI. Menſe Aprili.

(L. S.)

CLXXXV.

RUDOLFI III. MARCHIONIS BADENSIS LITERÆ QUIBUS VENDITIONEM VILLÆ LANGENSTEINBACH CONFIRMAT.

ANNO MCCXCVI.

Ex autographo Bada-Durlacenſi.

Nos Rudolfus Dei gratia *Marchio de Baden*, tenore preſencium publice profitemur, quod vendicionem, quam Fridericus fratruelis noſter *Marchio de Baden* fecit Conuentui de Alba ſuper villa *Langenſteinbach* & vniuerſis attinenciis ibidem ratam & gratam habemus & eam in nomine Domini confirmamus, abrenunciantes pro nobis & noſtris heredibus & Succeſſoribus vniuerſis, omni juri & actioni ſiue impeticioni, que nobis & noſtris in hujusmodi competebat vel competere

Digitized by Google

quomodolibet videbatur. In cujus rei teſtimonium & robur ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini M. CC. XC. VI. Menſe Aprili.

(L. S.)

CLXXXVI.

EBERHARDUS COMES WIRTENBERGICUS ET UXOR EJUS IRMENGARDIS OMNE SUUM JUS IN VILLIS LANGENSTEINBACH &c. MONASTERIO ALBÆ DOMINORUM TRADUNT.

ANNO MCCXCVI.

Ex autographo Bada-Durlacenſi.

Nos *Eberhardus*, *Comes de Wirthenberg*, tenore preſentium publice profitemur & conſtare volumus vniuerſis, quod nos deuotorum in Chriſto Domini Abbatis & Conuentus Monaſterii in Alba ordinis Ciſtercienſis, Dyeceſis Spirenſis conuerſationem pio fauore & beniuolo amplectentes, maxime ob Dei & genitricis ſue beate virginis reuerenciam & honorem, omne ius, quod nobis in Villis *Langenſteinbach*, *Utelsbur* & *Wolmarsbur* tam ocaſione actionis, quam eciam hereditatis competebat ſev competere videbatur, pro nobis & pro collaterali noſtra *Irmengardi*, *(a) vxore* legitima, noſtriſque liberis remittimus integra-

(*a*) Irmengardis hæc filia fuit Rudolfi I. Marchionis Badenſis.

Digitized by Google

liter & complete, ita quod dictum monaſterium aut perſonas ibidem degentes pro detencione earundem villarum nunquam moleſtabimus, ſev in Judicium trahemus coram quovis eccleſiaſtico Judice vel ciuili. Renunciantes ſimpliciter omni actioni, per quam prefatum monaſterium in poſſeſſione ſupra dictarum villarum poſſet aliqualiter impediri. Datum anno Domini M. CC. XC. VI. feria quinta proxima ante feſtum beati Johannis Babtiſte.

(L. S.)

CLXXXVII.

AGNES MARCHIONISSA BADENSIS UXOR HERMANNI VII. FILIUM SUUM FRIDERICUM VILLAM LANGENSTEINBACH MONASTERIO ALBÆ DOMINORUM CONSENSU SUO VENDIDISSE TESTATUR.

ANNO MCCXCVI.

Ex autographo Bada - Durlacenſi.

Nos Agnes Dei gratia, *Marchioniſſa Senior de Baden*, tenore preſencium publice profitemur, quod filius noſter *Fridericus* Villam *Langenſteinbach* cum attinenciis uniuerſis de noſtro conſilio & voluntate vendidit clauſtro monachorum de Alba Cyſtercienſis ordinis, Spirenſis

dyoceſis pro quingentis quinquaginta libris Hallenſium, quam pecuniam in vſus ſuos neceſſarios & fratrum ſuorum integraliter conuertebat, verum quia prediċti *fratres ſui Rudolfus* & *Hermannus* nondum annos diſcretionis attigerant & idcirco prediċtam Villam non poterant reſignare, vnde nos eandem vendicionem & ratificacionem approbantes promittimus bona fide & nos ac noſtra preſentibus obligamus, quod bona noſtra in *Bilſtein*, ac omnia alia, que in noſtra habemus poteſtate, nunquam de manibus reſignabimus, nec reſignari permittemus, prediċtis filiis noſtris R. & H. nec cuiquam homini, niſi cum preſati filii noſtri ad annos diſcretionis peruenerint & preſcriptam vendicionem litteris & ſigillis ratificent & confirment. In cuius rei euidenciam & robur ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini M.CC.XC.VI. feria ſecunda poſt feſtum Philippi & Jacobi Apoſtolorum.

Nota. Sigillum repræſentat Agnum Dei cum labaro; anteriori Agni humero affixum eſt ſcutum Badenſe. Titulus ſigilli eſt: *S. Angnes. D. iungen Margrevine Von. Bade.*

CLXXXVIII.

Digitized by Google

CLXXXVIII.

SENTENTIA JUDICIALIS ULRICI DE EISTATT, NOMINE HENRICI ET RUDOLFI MARCHIONUM HACHBERGENSIUM, LANDGRAVIORUM BRISGOVIÆ, PRONUNTIATA IN CAUSA FEUDALI.

ANNO MCCXCVI.

Ex authentico.

Ich Vlrich von Eiſtatt ſaz ze Gerichte an Marcgrauen Henriches vnn Marcgrauen Rudolfes von Gottes gnaden Marcgrauen von Hachperg vnn Lantgraven in Briſſcowe ſtete ze Teningen vnn wart Herrn Dieterich dem Walhe eme Rither von Keppenbach ertelt, ſwer en Erbe het von dem ander, iſt der inewendig landes, vnn enſphahet des nüt, in enre Jares friſt, do dazſelbe Erbe dem Lehen Herren lidich iſt, Haruber zéme vrkunde vnn ze einer Hantveſtj ſo han wir vnſern offenen Brief gegeben vnn mit des Lantgerichtes Ingeſigele beſigelt, Der wart gegeben ze Teningen, des Jares do man zalte von Gottes geburte zwelhundert Jar vnn Nunzig Jar vnn in dem ſechſten Jare an dem Ciſtage nach Sante Glerins Tage.

||
(L. S.)
S. Heinrici Marchionis
de Hachberg.

Digitized by Google

CLXXXIX.

HENRICI ET RUDOLPHI MARCHIONUM DE HACHBERG CONFIRMATIO DONATIONIS ADVOCATIÆ ET BANNI DE HEITERSHEIM, A PATRE IPSORUM HENRICO, FRATRIBUS ORDINIS S. JOHANNIS HIEROSOLYMITANI FACTÆ.

ANNO MCCXCVII.

Excerpta ex Lunig. Cod. Dipl. Ital. T. IV. pag. 1475.

Noverint vniverſi, preſentes Literas inſpecturi quod nos Henricus & Rodulphus *Marchiones de Hochberg* recognoſcimus & preſentibus profitemur, Reverendum dominum & *patrem noſtrum Henricum* quondam *Marchionem de Hochberg*, cum adhuc eſſet ſui juris, haberetque jurium & rerum ſuarum plenam & liberam adminiſtrationem, ob amorem Dei, & pro remedio animæ ſuæ, favoreque Religionis, & perpetuo conceſſiſſe, donaſſe, ceſſiſſe & tradidiſſe religioſis viris commendatori & fratribus domus hoſpitalis Sancti Joannis Hieroſolimitani in Friburg, omne Bannum, advocatiam ſeu jurisdictionem, ſive conſtiterit in mero imperio, vel mixto, in cauſis criminalibus, vel civilibus, que ſibi competebant, vel competere poterant, ex quacumque cauſa, jure, ſeu titulo qualicunque in villa dicta Heiterſeum, ejusque Banno, ſeu diſtrictu, ſuper hominibus, advenis, ſeu Indigenis ibidem cum ſervitutibus, angariis, ſeu perangariis quibuscumque, ſibi in dicta villa debi-

tis. in quorum ſiquidem Banni advocatiæ, jurisdictionis & ſervitutum libera & quieta poſſeſſione, vel quaſi, dicti commendator & fratres, *preſente ſupradicto patre noſtro in provincia, eoque ſciente, & volente, fuerunt per XX. annos*, & ultra, nobisque ſupradictis H. & R. ſcientibus & conſentientibus, a tempore quo *dictus pater noſter hereditatem ſuam reliquit, ac Religionem intravit.*

